

*... et cetera.*

autem memoria fuit di-  
cendo sicut ut puen- d'i  
de te in ad aplice i sup  
u' pacientibus; nec illa  
ad i vero qd q ad ipso  
ad h' pfectu' qd ut ex  
h' g' p'filitate & memor  
tu' n' t' r'nd id q nec n mo  
de qd' p'f'lio; d'uo i h' c  
ua' de o' d' q' sente q  
m' m' m' m' m' neglige



10. *Memorandum* to *Mr. A.*

10. *Memorandum* to *Mr. A.*





Conf. t. denat. auctio  
Carachianus.

TRACTATVS DE  
**CESSIONE**  
BONORVM M A T.  
HAEI BRVNI ARIMINENSIS  
I.C CLARISSIMI.

Accesserunt Tractatus de Cesssionibus  
incerti auctoris.

Item de Excusione Bonorum  
IACOBI DE ARENA.

Et de Discussione bonorum  
BENEDICTI DE PLUMBINO.

Adiecta sunt Summaria & index copiosus.



Land.  
Halae. 1777.

COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote,  
ANNO D. M. LXXXI.

Cum priuileg. Cæs. Maiest. ad sexennium.

Ex libris Iacchini Scheffelj i. v. L.



521



Olo. 6. II, 3352

INDEX RERUM ME-  
MORABILIVM QVAE IN HOC  
TRACATV DE CESSIONIBVS  
bonorum & adiunctis tractatibus  
continentur.

*Prior numerus numerum margin. alter  
paginam denotat.*

A.	Alimenta an etiam relaxen-	tur. 8. 22
<b>A</b> Ctio quæ datur curato ri bonis cedentis, nō est priuilegiata, se- cūs in tutoribus & alijscura- toribus. nu. 15. 225	Alimenta vxori relictæ, extræ domū præstante sunt se- cundūm redditus & facul- tates patrimonij, non autē ponitur manus ad proprie- tatem. 3. 275	
<b>A</b> ctio hypothecaria an tantū nudam possessionē respici- at. 3. 288	Alimenta debita descendantib- us, vel ascendantibus vel pupillo per tutorem, vel si- milibus si non sufficiunt ex redditibus patrimonij ven- ditur proprietas, quæ sit mi- nus vilis. 4. 1 275	
<b>A</b> dhæres semper adhærere de- bet in eo statu, in quo inue- nit id cui adhæret. nu. 25. 99	Alternatiua inter beneficia si defert electionem beneficia to. 3. 246	
<b>A</b> duocatus militare dicitur. 12. 26	Amaltisani quomodo & qua- liter cedant bonis. 2. 183	
<b>A</b> duocatus procuratoris offi- cium exercens, infamis dici tur, nisi sit Principis procu- rator. 15. 81	Attentata ante omnia reuoca- tur, non discussio aliter ap- pellationis articulo, & quæ dicantur attentata. nu. 2. & 3. 284	
<b>A</b> duocati officium est laudabi- le, & est dignitas, & honor. 14. 81	Bannitus, ad patriam & ad bo- na olim confiscata, restitu- tus, † 2	
<b>A</b> Equitas sola inter mercā at- tendi debet, & inter eos, de bono & æquo proceditur, & solennitatis & rigorosi- tates iuris non attendūtur. nu. 3. 256		

## DE CESSIONE BONOR. &c.

tus, ad beneficium cessionis bonorum admittitur. n. u. i.  
110.

Bannitus ad patriam, & ad bona olim confiscata restitutus, omnia recuperat. n. u. z.  
110.

Bannitus per deportationem ab omnibus passiuis obligationibus exatus esse dicitur, si postea restitutus fuit, omnia bona acceptare compellitur. 3. 110

Bannitus, ad patriam & ad bona restitutus, ab emptore bona per fiscum alienata non recuperat, nec debitorum nomina, qui ad iniuriam banniti fuerunt exacti. n. s. 112.

Bannitus, ad patriam & ad bona restitutus, actionem contra fiscum pro bonis ab eo alienatis habet ad id, in quo fiscus locupletior factus est. 6. 112

Beneficium cessionis, est miserrorni subsidium, & non dolosorum praesidium, n. 3. 60.

Beneficium cessionis, est miserabile & subsidiorum auxilium, inuentum, vt quis carceres euitare possit. 2. 70.

Beneficium cessionis non datur neganti debitum, sed confitenti: & qualiter, &

quando prolit, & non prodit confessio. ibid. num. 6. 8.

Beneficium cessionis honorum, dicitur esse de iure speciali, id est, contra regulas generales iuris communis. n. 4: 169.

Beneficium cessionis honorum, propter quod non tenetur debitor in acquisitis post cessionem, nisi in quantum facere potest, non est a iure reverentiali causatum, prout est beneficium marito concessum 24. 138

Beneficium quod datur certis personis, vt non teneantur ultra quam facere possint, non transit in heredem, nec in fiduciarios. num. 8. 67

Beneficium cessionis, ab inopia & debitoris miseria causatur. 2. 29

Beneficium restitutionis in integrum, quoad quadam, personale est: quoad quædam, reale dicitur. n. 10. 68.

Beneficium, ne quis exigatur nisi in id quod facere potest, deducto, ne eget; operatur, vt ipse necesse non habet cedere bonis. num. 3. 174.

Beneficia personalia ad haeres non transiunt. num. 10. 68.

Bona

# INDEX IN TRACTAT.

- Bona si reperiantur, quæ tamē**  
**sint in contiouertia, an lo-**  
**cus sit hypothecæ. num. 17.**  
 307.
- Bona si per debitorem credito-**  
**ri insolutum data fuerunt,**  
**ab eo auocari non poterūt.**  
 222.
- C.**
- Captus si quis est pro ciuili**  
**debito, & captura tenet,**  
**& de iure cūmuni loqui-**  
**mur : captura personæ fi-**  
**eri non potest, nisi in ca su**  
**judicati. 26.** 100
- Captus & carceratus pervnum**  
*iudicem, per alium relaxa-*  
*ri non potest. 39.* 105
- Captus si cum iuramento de-**  
*revertendo relaxatur, &*  
*non revertitur, an perjurij*  
*poena puniatur. num. 37.*  
 104.
- Captura & recommendatio fa-**  
*cta die ferata in honorem*  
*Dei, non valet nec tenet.*  
 28.
- Captura est quædam realisci-**  
*tatio. 27.* 100
- Carcer quamuis non sit servi-**  
*tus, est tamen vna quasi spe-*  
*cies seruitutis. nume. 3. & 6.*  
 234.
- Carcer non ad poenam sed ad**  
*custodiam tantum est de-*  
*bet. 2.* 23
- Carceratio fieri non potest, ni-**  
 + 3
- si ex propria carcerati con-**  
**sumacia in non soluendo.**  
 17. 54
- Carceratio ex dupli causa**  
*minorī damnosa est. n. 18.*  
 54.
- Carceratio contra bonos mo-**  
*res esse non dicitur. nu. 7.*  
 237.
- Carceratus pro delicto pro ci-**  
*uili debito, recommendari*  
*non potest. nu. 23. & 35* 102
- Carceratus si die ferata in ho-**  
*norem Dei relaxatur, ad al-*  
*terius creditoris instantiam,*  
*ratione nouæ suspicionis fu-*  
*gæ iterum capi potest, ibid.*  
 nu. 21 101
- Carceratus ad creditoris insta-**  
*tiam pro se sententiam ha-*  
*bentis, non potest in carceri*  
*bus ad instantiam alterius*  
*creditoris, sententiam pro*  
*se non habentis, recommen-*  
*dari. 32.* 101
- Carceratus pro fiscali debito,**  
*pro priuato debito recom-*  
*mendari potest. 21.* 98
- Carceratus pro priuato debito**  
*potest pro fisci debito & pro*  
*delicto recommendari. 23.*  
 99.
- Carceratus iniuste, an pro iu-**  
*sta cauſſa recomendarri pos-*  
*sit. 28.* 105
- Carceratus antequam relaxe-**  
*tur, citati debent creditores*  
*per generale proclama, si nō*  
 + 3 *constat,*

# INDEX IN TRACT.

- constat, ad cuius instantiam carceratus fuerit: si vero non constat ad cuius instantiam, citari debet ille, veleius procurator.** z. 204
- Carceratus pro ciuili vel criminali caufsa , an pro alia recommendari possit.** n.17. 82.
- Carceratus, dato eius filio fide iussore, excarcerari debet, dummodò filius sit idoneus.** nu.26. 100
- Casus in quibus necessaria nō est discussio.** 4. 313
- Causa pignoris est indiuidua.** nu.20. 307
- Causa si simpliciter & de plano, aë sola facti veritate inspecta &c. committi petatur, & illa verba non sint cancellata, si rescribitur quod audiat talis, & iustitiam faciat , iudex procedere non poterit summarie, &c. prout petitum fuit; secùs, si datur, audiat talis, & procedat summarie, &c. nu.17. 201.**
- Causa minor maiori præiudicari non debet.** numer.18. 81.
- Caussæ carceratorum tam ciuiles quam criminales, diebus feriatis expediuntur, nō tamen in honorem Dei, nisi quando contra insignem latronem proceditur.** nu.2.
- 212.
- Cautela ad articulandum & probandum super qualitate, mercaturæ, per quam minori conceditur bonorum suorum administratio, an contra ipsum ad carcerationem denuniri possit.** 21. 55
- Cautela pro debitore, vt à carceribus relaxetur, antequā ibi ad alterius creditoris instantiam recommendetur.** nu.32. 101
- Cautela pro creditore contra debitorem captum in honorem Dei, ad alterius creditoris instantiam , & die feriata relaxatum.** 31. 101
- Cautela excipiendi pro donatore, qualiter fieri & proponi debeat.** 1. 159
- Cautela pro creditore antequām debitor dilationem quinquennalem petat, vel cedat bonis.** 9. 188
- Cautio iuratoria quo causa sufficiat, & quo casu non.** num.5. & 6. cum seq. 190
- Cedens cessione facta, si agat directa actione, an præferatur ei, cui facta est cessio.** 2. 287.
- Cedens bonis, non desinit esse dominus bonorum ante eorum distractionem.** num.2. 214.
- Cedens bonis ad aliquorum creditorum instantiam, nō potest**

DE CESSIONE BONOR. &c.

- |                                |      |                                 |
|--------------------------------|------|---------------------------------|
| poteſt ab alijs, quorum ti-    | 183. | Cessio bonorum quid ſit. nu. 1. |
| more non cefſerit, moleſta-    |      | 2.                              |
| ri, niſi vt bona doceat, & de  |      | Cessio bonorum facta per de-    |
| bitum aliorum agnoscat in      |      | bitorem, an ei proſit, quo      |
| iudicio. nu. 4. & 5. 205       |      | ad conditionalem credito-       |
| Cedens bonis bona per teſta-   |      | rem, cuius conditio poſt        |
| torem alienari prohibita       |      | ceſſionem evenit, vt in bo-     |
| retinere poſteſt. item vſum-   |      | nis poſteā quæſitis non con-    |
| fructum, feudum, & emphy-      |      | ueniatur, niſi in quantum       |
| teuſim Ecclesiasticam quā      |      | facere poſteſt: diſtingue, vt   |
| poſſidet, ſed earum com-       |      | ibi. nu. 1. 209                 |
| moditatem pro creditoribus     |      | Cessio prima nouis creditorī-   |
| pro eorum credito dantur.      |      | bus non præiudicat, & quo       |
| 18. 30                         |      | casu præiudicet. num. 6.        |
| Cedens an cessionarium in ius  |      | pag. 207.                       |
| vocare poſſit. 20 299          |      | Cessio eſt actus reiterabilis.  |
| Cedens bonis, ante quam bona   |      | ibid.                           |
| sint vēdita, remanet domi-     |      | Cessio bonorum qualiter fieri   |
| nus. 6. 223                    |      | debeat. 1. 182                  |
| Cedens bonis, ſi ad pinguorē   |      | Cessio bonorum ſoluit cōpro-    |
| fortunam peruerterit, con-     |      | mifsum. nu. 19. 39              |
| uenitur tantum in id quod      |      | Cessio bonorum non coram        |
| facere poſteſt pro eo, in quo  |      | arbitrato, ſed coram arbitri-   |
| debitor poſt ceſſionem re-     |      | locum habet, nu. 19.            |
| manſit. 5. 20                  |      | 31.                             |
| Cedens vituperosē bonis, etiā  |      | Cessio prima creditoribus poſt  |
| ſi ad pinguorem fortunā        |      | ceſſionem creatis, in bonis     |
| perueniat, à debito libera-    |      | de nouo quæſitis non præ-       |
| tur. 6. 21                     |      | iudicat. 8. 11                  |
| Cedens bonis ſine aliqua ſolē- |      | Cessio bonorum ex conſuetu-     |
| nitate, non efficitur infa-    |      | dine & diſpoſitione ſta-        |
| mis. 3. 183                    |      | tua, fit in aliquibus locis     |
| Cedens bonis vituperosē, effi- |      | modo vituperabili. num. 5.      |
| citetur infamis infamia fa-    |      | 183.                            |
| eti, non autem infamia ju-     |      | Cessio prima pro omnibus cre-   |
| rū. 4. 183                     |      | ditoribus tam præſentibus       |
| Cessio bonorum coram teſti-    |      | quā abſentibus ſufficeret de-   |
| bus fieri poſteſt. numer. 2.   |      | † 4 bet,                        |

# INDEX IN TRACT.

- bet, sicut vna inuentarij con-  
 fessio, ibid. nu. 7. 8  
**C**essio bonorum etiam post ap-  
 pellationem à diffinitiuā si-  
 eni potest. 4. 243  
**C**essio bonorum facta per debi-  
 torem, sufficit pro omnibus  
 creditoribus, sicut vna in-  
 uentarij confessio. num. 6.  
 205.  
**C**essio bonorum acerba, iniu-  
 riosa, & terribilis dicitur. 2.  
 4.  
**C**essio bonorum, in fauorem  
 debitorum introducta fuit.  
 3. 214  
**C**essio bonorum quid opere-  
 tur, & ad quid proposit. num. 1.  
 19.  
**C**essio facta principalis, an va-  
 leat. 9. 291  
**C**essio hypothecaria quando  
 non valeat sine principali.  
 10. 292  
**C**essio facta sine causa, an va-  
 leat. 11. 292  
**C**essio bonorum per credito-  
 res, quinquennalem dilatio-  
 nemq[ue] debitori concedere vo-  
 lentes, impediri non potest.  
 nu. 1. 3. & 4. 245  
**C**essio bonorum dicitur reme-  
 dium miserabile & fleibile.  
 ibid. nu. 1. 2  
**C**essio bonorum post appella-  
 tionem ab interlocutoria  
 habente vim diffiniri ad-  
 missa, an per modum atten-  
 tatorum reuocari possit? n. 1.  
 284.  
**C**essio prima aduersus nouos  
 creditores non prodest. n. 9.  
 13.  
**Q**uis possit Cedere bonis. n. 1.  
 32.  
**C**essante priuilegij causa, pri-  
 uilegium cessare debet, nu. 7.  
 92.  
**C**lausula, non obstante, opera-  
 tur id quod clausula de ple-  
 nitudine potestatis. num. 3.  
 272.  
**C**lausula, sola facti veritate in  
 specta, quid operetur. nu. 5.  
 18. Vxor bono. mobilia. He-  
 rædibus.  
**C**lausula, (prout petitur) in  
 rescripto posita, quomodo  
 intelligatur, & ad quid refe-  
 ratur: nu. 12. & 13. 199  
**C**lausula indefinitè posita, nō  
 refertur ad ea quæ sunt co-  
 tra ius 13. 200  
**C**lausula, non obstante quoq[ue]  
 que priuilegio, non facit pri-  
 uilegijs in corpore iuris in-  
 fertis derogari. 6. 79  
**C**lericus pro repressalijs con-  
 cessis capi non potest, etiam  
 si sit conjugatus. num. 13.  
 27.  
**C**lericus actione reali conuen-  
 tus, an benefi. gaudeat, quod  
 non conueniatur vltra quā  
 facere possit. 14. 27  
**C**lericus iura ignorare non  
 præ-

D E C E S S I O N E B O N O R . &c.

- |  |    |   |
|--|----|---|
| præsumitur. 12.  | 26 | Jitis priuilegium habet, vt<br>vt non conueniatur vltra<br>quam facere possit. nu. 11. 25   |
| Clericus mercator, fori benefi-<br>cium & inimunitates alijs<br>clericis concessas perdit. 15.<br>27.  |    | Concedendo iura, an quis faci-<br>at procuratorem vt in tem-<br>suam. 7. 290  |
| Clericus debens' Scijpensi<br>onem, quod p[ro]ficit, non<br>gaudet beneficio, vt non<br>conueniatur vltra quam fa-<br>cere possit. 16. 27  |    | Confessio quando non præiu-<br>gauit beneficio, 289   |
| Clericus, vel Doct[or], aut scho-<br>laris, vel miles, breuiarium,<br>aut libros necessarios, vel ar-<br>ma post cessionem acquirē-<br>tes creditoribus dare non<br>compelluntur. 6. |    | Collecta pro modo substatiæ,<br>id est, per æs & libram im-<br>poni debet. 7. 75  |
| Clericus conuentus ab eius cre-<br>ditore, qua cautela in exci-<br>piendo vti possit. num. 2.<br>71.   |    | Collectæ naturaliter sunt one-<br>ra rerum, sed formaliter<br>sunt onera personarum. 7.<br>75.  |
| Clericus quamuis pro ciuili de-<br>bito capi non possit, fugiēs<br>tamen, per creditorem capi<br>potest. 17. 28  |    | Commutatio poenæ, an & quā<br>do fieri non possit. num. 2.<br>117.  |
| Clericus obligatus, occasione<br>depositi, per creditorem lai-<br>cum capi potest. 17. 28  |    | Concessio in ob gratiam, siue<br>in alius priuilegium, ad<br>aliat personam non exten-<br>ditur. 7. 198   |
| Clericus pro periurio capi &<br>carceari potest, non tamē<br>boniscedere poterit. nu. 17.<br>28  |    | Condemnatus pro delicto ad<br>poenam pecuniariam, quā-<br>uis non habeat vnde solue-<br>re possit, non tamen ad ces-<br>sionem bonorum admitti-<br>tur. 117 |
| Clericus de patrimonio nihil<br>habens, admittitur cedens<br>fructibus beneficij, deducto<br>eo quod pro diuinorum ad-<br>ministratione sufficiat. 10.<br>25.                        |    | Condemnatus, cui datur ter-<br>minus ad soluendum iudi-<br>catum, satisdare tenetur. 3.<br>190.   |
| Clericus ad similitudinem mi-  |    | Conditio hæredis & defuncti,<br>inæqualis esse non debet.<br>nu. 4. 65  |
|  |    | Concessio contra ius commu-<br>nedicitur priuilegium. 6.<br>208.  |

# INDEX IN TRACTAT.

- Cōsuetudo & statutūm, quod quis pro debito soluendo obliget se ad carcerationem suæ personæ, valet & tenet.** Statutum prohibens cessionem, an valeat. n.u. 4. 235
- Corpus defuncti creditoris, ad debitoris instantiam seque strari non potest.** numer 7. 21.
- Creditor volens dicere, debitorem plus habere in bonis probare debet.** 4. 261
- Creditor in licitatione si cognatus est, creditori tātum præfertur.** 3. 254
- Creditor tantum in licitatione præfertur cognato tan tum.** n.u. 3. 254
- Creditor primus hypothecarius potest à secundo soluti onem pro medietate sibi factam auocare: secùs, si ip se primus creditor priuile giatus esset, quia totam pecuniam reuocare posset.** n. 4. & 5. 257
- Creditor unus si immisus est in possessionem ex primo decreto, alij etiam immis si censemur.** n.u. 5. 257
- Creditor primus hypothecarius an possit totam pecuni am, per debitorem secundo creditori solutum, auoca re.** num. 1. & 4. & 7 pag. 255.
- Creditor inopiam debitoris**
- probare non tenetur, quan do cōtra fideiussorem vult procedere. 3. 26
- Creditor agens contra tertiu, non facta discussione, quid probare habeat.** 10. 315
- Creditor missus in possessio nem bonorum, debitoris fit detentor & custos, donec in possessionem ex secundo decreto missus fuerit,** n.u. 8. 223.
- Creditores, facta per debitore bonorum cessione, instare debent bonis celsis curato rem dari.** 9. 224
- Creditoris appellatione venit propriè creditor ex causa de liti.** 8. 268
- Creditores primi pecuniam posterioribus creditoribus per hæredem solutam, qui cum inuentario hæredita tem adiuit, reuocari petent.** 6. 257
- Creditores scientes debitorem bonis cedere velle, si iuri incarcernandi renunciant, debtor ad cessiones refugium non admittitur.** n.u. 1. 175.
- Creditores si inter se certat super bonis debitoris in licitatione, quis eorum præferrit debeat.** 1. 253
- Creditores posteriores an anterioribus præferantur, vel contra in bonis post cessionem**

## DE CESSIONE BONOR. &c.

nem acquisitis, nu. 13. & 4.  
207.

Creditores omnes in cessione bonorum, an vocari debeant, antequam debitore ex carceribus relaxetur, & ad cessionis beneficium, vel ad quinquennalem dilationem admittatur. num. 1. & 4.  
204.

Creditores debitoribus carceratis alimenta præstare debent, alioquin per iudices relaxantur. 8. pag.  
187.

Creditores ex pacto & licentia per debitorem præstata, honorum possessionem in solutum datorum, propria authoritate ingredi possunt.  
4. 223

Creditores certā debitori partem remittere volentes, ne ipse fugam atripiatur, & ne in cessione perseueret, an paucioribus creditoribus præiudicare possint. nu. 1. 2.  
3. & 4. 250

Creditores debiti partem mercatorū fallito remittentes, remissam partem repetere poterunt, quando ad pinguiorem fortunam, peruenit. 7. 251

Creditores, facta per debitorem bonorum cessione, an in eorum tenutam mitti debeant? nu. 7. 223

Creditores primi vnam hypothecam habentes, posteriorebus etiam duas hypothecas habentibus præterūrur.  
4. 207

Creditores primi conueniunt debitorem qui bonis cessit, in id quod facere potest: posteriores vero, in solidum.  
3. 207

Creditores duo ex contractu si eandem causam non lucrativam prætendunt, & pro se sententiam habent & de capiendo licentiam, si debitor ad unius instantiam captus & carceratus fuit, etiam ad alterius instantiam pro eius credito recommendari potest. n. 17.  
100.

Curator bonis cessis datus, de dolo & lata culpa tenetur, alius vero de leui. num. 17.  
225

Curator bonis cessis datus, non jurat tempore interpositi decreti, alius autem sic. 18.  
225

Curator qui datur bonis cessis, non inuitus, sed volens datur, alius vero inuitus, n. 16. 225

Curator bonis cessis datus administrationis ratione reddere tenetur, non illi qui bonis cessit, sed illi quorum interest, nisi dolum vel latam cul,

# INDEX IN TRACT.

- C**ulpam in dictis bonis cōmisericit. 23. 226
- C**urator adul̄t̄o vsq; ad triginā annos administrationis rationem reddere tenetur. 24. 226
- C**urator bonis cessis datus, si sine inquisitione datus est, in uentariam facere, & fideiūs sotum dare tenetur. nu. 25.
- C**urator bonis cessis datus, quas actio, intētare debeat? ii. 224
- C**urator ventris ad bona conservanda & custodienda datus, non intentat nisi perituras actiones. 12. 224
- C**urator bonis cessis datus, actiones etiam non perituras intentat 13. 224
- C**urator bonis cessis datus, in quibus casibus ab alijs tutoribus & curatōribus differat. 14. 225
- C**urator bonis cessis datus, agēdo vel defendendo non cauerderato, nec iudicatum solui alias sic, si de eius cura non constaret, vel probabilitis esset præsumptio, quod curator non esset 21. 226
- C**urator si bonis cessis non reperitur, qui hanc curam su scipiat, quid agendum sit. 26. 227
- C**urator infanti dari non possit: sed quo casu dare pos-
- sit, vide. nu. 6. 48
- C**urator bonis cessis datus, bona vendit creditoribus proportionē satisfacit, & contra cedentis debitores, actiones utiles exerceat. nume. 10. 224.
- C**uratores plures si bonis cessis dati sunt, etiam quod vnu non attingat, insolidum conuenit, sicut ille qui attingerit, quod secus est in alijs tutoribus & curatōrib. Quod procedit, si vnu ab alio copueniatur, quia actionem se habere contra defunctum vel debitorem asserrit: secus, si ad reddendum administratiōis rationem. nu. 22. 226
- C**ustos carcerum ad interesse creditorum tenetur, si carceratus fuit per ipsum relaxatus, vt aufugit antequā per iudicem declaratum fuisset, an esset vel non esset ad cessionem honorum admittendum. 3. 205
- C**ustos carcerum depositario parificatur. 36. 103.
- D.
- D**amnatus præcrimine, nō credit bonis, sed luit in corpus, ne delicta impunita remaneant. nu. 5. 35
- D**ebitum qualiter per debitorem agnoscatur. nu. 2. 6
- Debito-

## D E C E S S I O N E B O N O R. &c.

- D**ebitor cui datur à Principe dilatio ad soluendum creditoribus, satisfare tenetur. 4. 190  
**D**ebitor bonis cedere volens, debitum agnoscere tenetur. nu. 2. 6  
**D**ebitor vbi cunque habeat bona, soluendo dicitur. nu. 7. 304.  
**D**ebitor non habens unde soluere possit, carcera non potest, si vult cederē bonis. nu. 3. 69  
**D**ebitor obligatus pro principali, an possit opponere, quod non sit facta excusio principalis. 24. 308  
**D**ebitor negans debitum, an cessionis beneficio gaudet. nu. 6. 7  
**D**ebitor qui in fraudem creditorum cessit bonis, non potest postea contra suos debitores agere. 4. 219  
**D**ebitor fisci quando non est soluendo, potest ob impositionis collectas cedere bonis: si vero est soluendo, capitur: sed sub aperta custodia in palatio detinetur, donec soluerit. nu. 2. & 4. 73  
**D**ebitor fisci ex delicto non credit bonis, & cedendo non liberatur. 3. 74  
**D**ebitor omnia sua bona vel maiorem partem alienans, presumitur dolo & fraude inops factus, nu. 5. 61  
**I**dem si in perditionis ludos vel in mercanticibus bona consumpsit, vel posteriores creditores prioribus praeposuit nu. 5. 61  
**D**ebitor indignus beneficio cessionis, dilatione quia quennali sibi per creditore non cessi gaudere debet. etiam quod dolum in alia natione commisisset. nu. 1. 266.  
**D**ebitor si in id quod facere potest, condemnatus est, an eius haeres idem beneficium habebit. nu. 5. 66  
**D**ebitor qui cessit bonis, à debito non liberatur. num. 2. 207.  
**D**ebitor qui bonis cessit, causationem de soluendo praestare non cogitur, si ad pinguisorem fortunam petuauerit si fideiussorem inuenire non potest: sufficit tamen iuratoria cautio, num. 1. & 8 distinguunt tamen, ut in nu. 9. 189.  
**D**ebitor si lite pendente super iniuriarum actione cedie bonis, iudicium super illa actione intentatum, amplius prosecuti non poterit. 28 219  
**D**ebitor priuilegiatus, qui ex delicto commisso effectus est inops, & non habet unde fala

# INDEX IN TRACT.

- solvere possit, retinet priuilegium quod habet, ne conueniat vltra quam facere possit.** i. 165
- Debitor qui à creditoribus quinquennalem dilationē, vel etiā minorem habuit, bonis amplius cedere debet.** 21. 157
- Debitor qui rem aliquam scienter occultat, eam non indicando, cessionis beneficium perdit.** 2. 178
- Debitor rem aliquam occultans, quum neganti sit similis, in duplum eius quod occultauerit, puniti debet.** 2. 178.
- Debitor qui bonis cessit, pro bonis quae ante cessionē habebat, agere aut conuenit nō potest, sed in postea quae sitis sic.** i. 218
- Debitor si post cessionem decessit, & eius hæres hæreditatem adiuit, non confessio inuentario, an solidum tenetur, vel ut poterit cessionis exceptione.** numer. 2. 64.
- Debitor qui sub spē cessionis bonorum debita contraxit, ad cessionis beneficium nō admittitur.** i. 166
- Debitor qui bonis cessit, nec capi, nec carcerari potest.** 6. 19.
- Debitor si post cessionem ad**
- pinguiorem fortunāt peruenierit, non conuenit nō si in quātum facere potest.** nu. 3. 65
- Debitor inuito creditore ad cessionem non admittitur, antequām debitiū recognoscat.** 4. 7
- Debitor fugitiūus, per credito rem propria authoritate capi potest.** 22. 244
- Debitor post condemnationē trium sententiarum, debitum confitens, an ad bonorum cessionem admittatur.** 10. 13
- Debitor an in omnibus suis bonis cedere debeat, ita qd' nudus remaneat?** nu. 8. & 9. 22.
- Debitor an per bonorum cessionem à debito liberetur.** i. & 3. 227
- Debitor, lapsō dilationistermino si non soluit, carcera tur, & amplius ad bonoru cessionem non admittitur.** nu. 8. 192
- Qui fecit quod potuit, legē adimpleuit.** 8. 192
- Debitor artifex in bonis post cessionem quæsitis sibi computat in deductione, quod ex artificio acquirit.** nu. 2. 281.
- Debitor qui malitiōsè bona sua in fraudem creditorum dissipauit, omnia sua bona alic-**

## D E C E S S I O N E B O N O R. &c.

- alienando, vel maiorem partem, perdit beneficium cessionis bonorum, & puniri debet etiam extra ordinē. nu. 1. 162 Debitor si non cessit bonis, in carcere priuato detineri nō potest, in publico sic. nu. 2. 19.
- D**ebitor qui bona sua in ludo, vel in meretricibus consumpsit in fraudem creditorum ad bonorum cessioni non admittitur. 1. 162 Debitor offerens rem meliorem quam habeat, in solutum, carceres euitat, & non cogitur cedere bonis, nisi in instrumento obligationis iurauerit in pecunia solvere. nu. 1. 174
- D**ebitor si dolosè cum credito re versatus est, cessionis beneficium perdit. num. 2. 163.
- D**ebitor, si bonis cessit, deinde noui superueniunt creditoris, qui illum in carceribus confirmari faciunt, in istis superuenientibus talis noceat cessio, s. nū cedentem opponatur. yde 8
- D**ebitor qui bonis cessit, si conuenit in bonis post cessionem quæsitis, an deducere debeat, quod salua dignitate sua viuere possit. n. 1. & 3. 278.
- q**uod si Debitor constituat, se creditoris precario nomine possidere bona sua, deinde alienet, an possessio conuenitus à creditore, habeat beneficium excussionis. nu. 23. 319.
- D**ebitor pro ciuili debito catcerari non potest, nisi primò sit condemnatus. nu. 2. 19.
- D**ebitor si non cessit bonis, in carcere priuato detineri nō potest, in publico sic. nu. 2. 19.
- D**ebitor offerens rem meliorem quam habeat, in solutum, carceres euitat, & non cogitur cedere bonis, nisi in instrumento obligationis iurauerit in pecunia solvere. nu. 1. 174
- D**ebitor qui cessit bonis, si ad pinguorem fortunam peruenit, à creditoribus ante cessionem creatis non cōuenit, nisi in quantum face re potest: quo verò ad post cessionem creatos, in solidū tenetur. numer. 8. pag. 11.
- D**ebitor diues, & ad solvendū idoneus, an ad cessionis beneficium admittatur. nu. 1. 114.
- D**ebitor pro ciuili debito nec capi, nec carcerari potest, nisi prius facta fuerit eius bonorum excussio, quod bona non reperiantur. n. 2. 115.
- D**ebitor si tempore contractarum obligatiōis pauper erat, nec hodiè eius conditionem deteriorauit, bonis cedere potest. 6.
- D**ebitor fisci ex causa tributaria carcerare non debet, sed sub honesta custodia, etiam si sit

# INDEX IN TRACT.

- si sit in soluendo contumax, detineri. 4. 74
- Debitor fisci ex contractu vel quasi, cedendo bonis à carcere liberatur, etiam quod in soluedo sit contumax,** nū. 5 & . . . . . 74
- Debitor condemnatus si statim ad mandatum alterius iudicis dat alteri bona insolutum, ob eius fraudem ad cessionis refugium nece admittitur. 4.** 163
- Debitor qui malitiosè & in frau leui creditorum bona sua consumpsit, si ad pinguiorem fortunam peruerterit, non gaudebit beneficiio, quod non conueniatur ultra quam facere possit, sed in solidum exigetur.** nū. 5. 164.
- Debitor quamuis bona immobilia colosè alienauerit in fratre in creditorū, ex quo poterit illa per creditores actione Pauliana revocari ab his, qui ea possident, poterit tamen cedere bonis. 6.** 164.
- Debitor qui tempore contra eti debiti sciebat se non esse soluendo, ad bonorum cessionem non admittitur, & quomodo procedat.** nū. 1. 4 6 & 7. 168
- Debitor si aufugit, & redire non vult, nisi creditores de-**
- biti partem remittant, mājorē pars creditorum debitū propter remittere poterit, non obligeare minoris partis creditorum contradictione, si commode conueniri non poterat, secus fidē faciliter. nū. 4. 5 & 6. 251
- Debitor qui cessit bonis, cessionem renocare potest antequam bona distriabantur, & sic penitente potest, dummodo creditoribus soluere paratus sit.** 213
- Debitor qui dilationem quinquennalem obtinuit, amplius ad cessionis beneficium non admittitur etiam virtute noui rescripti, nisi in rescripto expressa fuerit clausula, erat habiente quinquennali dilatatione alias ob tenta.** nū. 1. 2. & 6. 271
- Debitor suspectus, ad iurato-riam cautionem non ad-mittitur. 9.** 193
- Debitor asserens se in bonis non habere tantum, quod creditorī sufficiat, satis probare dicitur suam paupertatem. 4.** 260
- Debitor prohibitus ad bonorum cessionē admitti, gaudere debet dilatione sibi ob eius inopiam à Principe cōcessa, præstata tamen per eū satisfactione, si à creditore petitā fuerit. 2.** 267
- Debitor**

## DE CESSIONE BONOR. &c.

- D**ebitor post cessionem acqui-  
rens turrim magni valoris,  
an ad eius venditionem co-  
gatur pro emptione alteri-  
us minoris precij, & in resi-  
duo pro creditorum satisfa-  
ctione. 1 & 3. 276.
- D**ebitor qui est inops, & in pa-  
tri egestate cum creditore, ad  
bonorum cessionem non ad-  
mittitur, nisi statutum suū  
mutaret. 1.
- D**ebitor per suspicionem post  
contractum superuenien-  
tem, die feriata ~~in~~ honoris  
Dei, capi potest. num. 29.  
100.
- D**ebitor allegas se pauperem,  
probare tenetur. nume. 5. &  
7. sed contrā. nume. 8. 261
- D**ebitor faciendo debitum, li-  
cet condemnatus sit, bonis  
cedere potest. 3. 6
- C**ontra debitorem & fideius-  
forem iudicatum solvi eo  
dem tempore potest fieri ex  
ecutio. 2. 312
- D**ebitores omnia sua bona in  
fraudem creditorū studiosè  
dilapidantes, beneficium  
cessionis non habent. nu. 5.  
61.
- D**ebitorum nomina sunt in  
corporalia 19. 297
- D**eceptis, & non decipienti  
bus, iura subueniunt nu. 4.  
169.
- D**ecimam an Ecclesiæ quis sol-
- uerē teneatur, si periculum  
effet, quod eam soluendo  
fame petiret. nume. 4. pag.  
44.
- D**eductio qualiter in bonis  
post cessionem quæsitis fie-  
ri debeat, & an aliud sit  
in iuuene, aliud in sene, &  
an pro vno anno, vel ma-  
jori tempore, num. 1. & 4.  
280.
- D**elictum in committendo ma-  
ius est, quam in omittendo.  
nu. 4. 63
- D**epositarius vtens pecunia  
in sacculo signata, furti te-  
netur. 5. 130
- D**ictio, alij, personam loquen-  
tem excludit. numer. 23.  
137.
- quod Differtur, non augetur.  
nu. 12.
- D**ignitas viri non attenditur,  
si mulier ob suam paupertati-  
tem ei succurrete non pos-  
set, secus si esset diues. nu. 4.  
279.
- D**ignitas & honestas per fami-  
liarum diuitias conserua-  
tur, & ob earum inopiam  
perit. 4. 4
- D**ilatio quinquennalis debito-  
ri concessa per Principem,  
incipit currere à die date, &  
nō à die præsentationis. n. 3  
267.
- per Dilatationem creditoribus  
dissentientibus minus fit  
†† præ-

# INDEX IN TRACTAT.

- p̄iæjudicium**, quām per remissionem partis debiti. 1. 266.
- Discussio necessaria est**, quando agitur hypothecaria cōtra tertium, & quando agitur contra debitorem debitoris. 5. 313. Et in pluribus alijs casibus, vt ibi.
- Discussio quid sit**, & quibus causibus facienda. 1. 312.
- Discussio cōtra quas personas sit facienda**, antequam possit conueniri tertius possessor, aut fideiussor hypothecaria 15 316
- Discussio an requiratur principali debitoris**, quando nō agitur hypothecaria, sed cōdicitur, vel vendicatur res a tertio possessore. 16. 317
- Discussio de quibus rebus facienda**. 6. 314 Limita vt ibi.
- Discussio an sit facienda**, quādo proceditur in causa de veritate & æquitate. nu. 25. 320.
- Discussio an sit facienda de bonis in alieno territorio consistentibus**. 7. 314
- Discussio quomodo probetur legitimè facta**. 13. 316
- Discussio quomodo & quo ordine sit facienda in reali**. 12. 316
- Discussiois exceptio an sit op-**
- ponenda ante litis contestatio, vel post possit opponi. 18. 318
- Dispositio l.1.C.deiur. & facti ignor. quid contineat.** 12. 25
- Dispositio legis positivæ si super veritate fundata est**, in foro conscientiæ est seruanda. 4. 120
- Doctor & Aduocatus quotidie militare dicitur.** nu. 15. 81.
- Doctor vel miles post beneficium sibi à lege concessum**, sibi computant in deductione ex bonis acquisitis id, quod ex aduocatione & militia acquirunt. num. 3 pag. 281.
- Doctor nobilis**, vel miles in bonis post cessiōem, & post beneficium à lege concessū acquisitis, deducit quod salua dignitate viuere potest. nu. 3 279
- Doctor præciuili debito**, nec capi, nec carcerari potest, quod etiam in medicinæ Doctore procedit. num. 3. Nec à iudicis familia requiri potest, an penes se habeat arma .nu. 3. 78
- Doctor**, vel nobilis, aut miles potest domum magni precij post cessionem bonorū acquisitam, vel beneficium à iure concessum, proferenti nere. 3. 277
- Doctor,**

## DE CESSIONE BONOR. &c.

<b>Doctor, etiam si ignorantissi mus sit, torqueri non po- test , nec consuetudo con- traria valet. num. ii. pag. 81.</b>	<b>transfertur. 2.</b>	<b>222</b>
<b>Doctor in crimen læsæ maie- statis, prodigionis populi, falsitatis &amp; simoniæ. torque- ri potest, sed prius de grade- tidebet. ii. 81</b>	<b>Donator insolidum donata- rio tenetur ad rem &amp; fructu- penes ipsum existentes, seu dolo consumptos, si posses- sio rei donatæ iterum ad manus ipsius perueverit, &amp; rei vindicatione ad rem il- lam donatam conuentus fuerit. 2.</b>	<b>100</b>
<b>Doctores , mercaturum coer- centes per regulam tenen- tes, Doctorum priuilegio non gaudent , nobilitatem perdunt, &amp; mechanici ac vi- les sunt. 17. 82</b>	<b>Doctorelli, Doctorum priuile- gio non gaudent, &amp; militi- bus nostri tempore postpo- nendi sunt. 16. 81</b>	
<b>Doctores legum , si nō habent vnde creditoribus soluere possint, an bonis cedant, vel beneficium habeant , ne conueniantur nisi in quan- tum facere possunt. nu. i. 3. 78.</b>	<b>Donator factus inops anteē pustraditionis rei donatae, priuilegium habet, vt non exigatur, nisi quatenus face- re potest, deducto, ne egeat, &amp; ærealieno deducto nu. i. 159.</b>	
<b>Doctores aduocationis offici- um non exercentes, Docto- ris priuilegio nō gaudent, quia in actu &amp; exercitio Do- ctoris non sunt. 5. 92</b>	<b>Donator negans bona donata donasse, in solidum con- uenitur à donatario. nu. 3. 160.</b>	
<b>Doctores per alios mercaturā exercentes, rationemque in- terdum excutientes, Docto- rū priuilegio non gaudent. 18. 83</b>	<b>Donator in solidum conueni- tur, si donauit in opus pu- blicum constituendum. 4. 160.</b>	
<b>Dominium in creditorempet- dationem in solutum trās- fertur , si debitor est domi- nus: si verò non est, publicia ana , &amp; præscribendi causa</b>	<b>Donator si constituit ab ini- tio se rem donatam nomi- ne donatarij possessorum, in solidum conuenitur. 5. 160.</b>	
	<b>Donator renunciare potest be- neficio quod habet , vt non conueniatur, vltra quam fa- cere possit. 6.</b>	<b>160</b>
	<b>†† 2</b>	<b>Dos</b>

# DE CESSATIONE BONOR. &c.

**D**os filiæ data in bonis stabili bus, si chasmate vel alluiōe periit, non imputatur in legitima filiæ post obitum patris. 4. 112

**D**uo iudicia an sint necessaria, vnum scilicet contra debitorem in discussione bona, & alterum contra fideiussorem, vel tertium possidentem pro consecutione rei possessæ, vel debiti promis. si. 17. 318

## E.

**E**cclæsia an bonis cedere pos sit. 1. 43

**E**cclæsia neminem conuenire potest, nisi in quantum facere potest. 3. 43

**E**lectio creditoribus datur à debitore, si vult. nume. 2. 245.

**E**quites licet insigniæ veteris obseruantiaæ non habeant, quæ in militibus requirebātur, insigniæ tamen habent nouæ obseruantiaæ, quæ loco veteris successerunt. n. 4. 91.

**E**quites qui à Papa creantur, ab eo benedicuntur, nu. 34. 91.

**E**xactio in quibus bonis debitoris, post cessionem bonorum quæsitis fieri debeat. 1. 274.

**E**xceptio cessionis bonorum,

executionis actum, & non obligationis substantiam respicit. il. 14

**E**xceptio inventarij sententiæ non petimur, atque elidit, quia est intentionis & facti exceptio, quæ cotitra sententiæ non venit. nume. 2. 229.

**E**xceptio cessionis bonorum, litis contestationem & processum impedit, si debitum est liquidum, vel debitor paratus est illud agnoscere. 1. 217.

**E**xceptio inventarij confessi si opposita fuit, & per iudicem reiecta per processum ad ultiora, nec appellatum fuit, amplius opponi non potest: secūs, si ante sententiæ non fuit opposita, q. a. in executione sententiæ opponi poterit. 27. 139

**E**xceptio quæ sententiæ non impugnat, etiam in executione sententiæ opponi poterit. 27. 139

**E**xceptio excommunicatiōis, an excommunicato impedimentum præstet, vt ad bonorum cessionem non admittatur. 1. 70

**E**xcommunicatus per sententiæ ab auditore sacri palati, admitti non potest per auditorem cameræ apostolicæ ad bonorum cessionem. nū.

# INDEX INTRACTAT.

- num. 3. 72  
**E**xcessio an sit facienda, quan-  
do tertius possessor habet  
causam à debitore, num. 31.  
309.  
**E**xcessio quid sit, i. 302  
**E**xcusatus ob paupertatem ab  
onere satisdandi, nudo ver-  
bo cauere debet sub poena  
& hypotheca honorū suo-  
rum. 7. 191  
**E**xcessio rerum & personarū,  
quæ sunt in alieno territo-  
rio, non est necessaria, n. 28.  
309.  
**E**xcessio an possit suppleri  
post lit. contesta. 29. 309  
**E**xcessio qualiter & quando  
fieri debeat, nu. 4. 5. 6. 8. & 15.  
303.  
**E**xcessio debet solēniter fieri.  
3. 303  
**E**xcessio sicuti ad pignus con-  
ventionale recuperandum  
est necessaria, ita & ad pi-  
gnus prætorium recuperan-  
dum erit necessaria, nu. 53.  
309.  
**E**xcessione facta, si non reperi-  
untur bona, locus est hypo-  
thecarię, vel secundæ con-  
ventioni. 10. 305  
**d**e Excessione an sit fides facie-  
da ante lit. contestat. si de  
hoc exigatur in hypotheca-  
ria. 18. 307  
**E**xcessione facta & pronuncia-  
tione, an possit excipi de-
- debitore locuplete conueni-  
endo, num. 21. Quid si post  
pronunciationem excessio-  
nis, auctæ sint facultates de-  
bitoris, an procedatur in hy-  
pothecaria, nu. 22. Quid si  
debitor sit absens, ita quod  
conueniri non possit, an po-  
terit conueniri possessor. n.  
23. 308  
**E**xcessione non facta, si agat  
hypothecaria, & lis conte-  
stata an lite pendente fieri  
possit. 35. 309  
**E**xecutio in bonis filij cōdēna-  
ti, in quibus pater habet v-  
sumfructum, etiam duran-  
te patria potestate, & etiam  
in persona fieri potest, si bo-  
nis non cedit. 4. 33  
**E**xecutio in bonis profectiis  
filij, durante patria potesta-  
te, an fieri possit, numer. 4.  
33.  
**E**xecutio instrumenti, penden-  
te lite super honorum cessi-  
one, contra debitorem com-  
mitti non potest. num. 1.  
211.  
**E**xcessione beneficium nō ha-  
bet locum in fideiustore cri-  
minali. 27. 308  
**E**xcessum esse, & executi posse,  
an paria sint. num. 26. pag.  
308.  
**E**xperiri nemo potest sine acti-  
one. 15. 295.

# INDEX IN TRACT.

## F.

**F**amilia debitoris quam ipsa decessitate educare oportet, attenditur in deductione bonorum post cessationem acquisitorum. 5. 282

**F**eriæ inductæ ob necessitatem hominum in causa cessionis bonorum, non obstant, quādcedere volens est carceratus. 1 212

**F**ideiussor anteneatur, si principalis pignus debitori reddidit. 16. 295

**F**ideiussor obligatus per instrumentum guarentigiae, non habet exceptionem discussonis. 3. 313

**F**ideiussor quo casu possit se defendere, ut in solidum non condemnetur, sed teneatur solum quatenus facere potest. 5. 154

**F**ideiussor non gaudet priuilegio principalis habentis priuilegium, ne conueniat vltra quam facere potest, sed in solidum conuenitur. 1. 153

**F**ideiussor datus à marito, solo vel cōstante matrimonio pro dote restituenda non gaudet priuilegio mariti secus si datus fuit à principio. nu. 3.

**F**ideiussor an à creditoribus principalis debitoris mole-

stari queat, si debitor in precibus petiit se & suum fideiussorem non molestari, & illis verbis non cassatis, re-scriptum obtinuit, quod iudex constituto sibi de debitoris paupertate, ipsum ad alterum beneficiū admittat, nō obstantibus quibuscumque. nu. 8 & 11. 198

**F**ilius per pactum obligari non potest, vt à patre alimentum non petat. 11. 238

**F**ilius delinquendo patri prae-iudicare non potest, sed cōtrahendo sic. numer. 4. 33.

**F**iliorum appellatione in priuilegijs non comprehenduntur nepotes. nume. 5. & 9. 157.

**F**ilius famil. si per imperitiam tulit sententiam, quo casu non tenetur vltra quam eius patiatur facultates, an eius hæres non confessio inveniatio, idem priuilegium habebit. 6. 66

**F**ilius fa. mercator ad carceres euitandos, qua cautela vti debeat. 7. 37

**F**ilius famil. debitor si emancipatus, vel sui iuris effectus est, beneficio gaudet, vt non conueniatur, nisi in id quod facere potest, etiam si creditor in maiori paupertate constitutus esset, nisi decoxisset,

DE CESSIONE BONOR. &c.

xiflet, & in decoctione frau dem & dolum commisiflet. 8.	37	gaudeat mariti defuncti pri uilegio, vel ad cessionē bono rū admittatur. nu. 1. & 3. 155.
Fructū legis auxiliū inuocat, qui in legem committit. 3. 179.		Hæres in foro pœnitentialis, nō confessio inuentario, v/ tra vires hæreditarias non tenetur. ii. 68
Furtum non committit quis alteri ob necessitatem fa- mis subtrahendo. num. 4. 44		Hæres non confessio inuenta- rio, allegare nō potest tot & tāta esse in hæreditate bo- na, & illa non esse soluēdo; secūs, si confessio inuētario. nu. 7. 66
G.		Hæres inuentariū non cōfici- ens: creditoribus vltra vires hæreditarias tenetur: & qūo hoc procedat. nu. 2. & 3. 64.
Glo. quando plures opiniones recitat, primā simpliciter, in secunda verò ait quidam dicunt, vel alij dicunt, tunc prima opin. gloss. censeret approbata, & non secunda. 23.	362	Hæres mariti si filius est eius- dem matrimonij, gaudet eo dem priuilegio quo gaude- bat maritus defunctus vt nō conueniatur nisi in quantū facere potest. 2. 16
H.	137.	Hæreditas transit ad hæredes cum sua causa, suisq; vijs. nu. 2 64
Hæres & fideiūs forēquipa- rantur, quātum ad vires personalis beneficij exten- dendas. 6. 198		Hypotheca non competit pri- mo creditori pro pecunia soluta secundo creditori, si bona fide fuit consumpta. 2. 255
Hæres hæreditatem adiēs, nō confessio inuentario, an ces- sionis beneficium habeat. i. 64.		I.
Hære seadē persona cū defun- cto censeret. 3. 65		M̄positio maioris pœnæ, p minorem differri non de- bet. 20 98
Hæres mariti legantis in testa- to vxori dotes suas, si nō ha- bet vnde soluere possit, an		Im pubes doli capax ob contu- maciam multari & excō municari potest, sed in in- tit. 4 integrum

# INDEX IN TRACT.

- tegrum restitutionem habet. 10. 51  
 Impubes quis dicitur. nu. 12. 51  
 Impubes doli capax pro ciuili debito capi & carcerari potest, sed in integrū restituuntur: sed econtra, nu. 7. & 11. 49.  
 Infans capi non potest, nec etiam verbaliter citari. 2. 46  
 Indemnitate qui promisit, an possit conueniri principali non excusso. 34. 309  
 Infans quomodo & qualiter citari debeat. 3. 46  
 Infans seu pupillus si citantur ut legitimè compareant, si contumaces erunt, contra ipsos ad primum decretum procedi non poterit. nu. 5. 47.  
 Infantis quilibet potest esse p̄curator. 11. 81  
 Inhumanum non est, beneficere etiam ex delicto cartaritis. 11. 269  
 Inopia & miseria , est causa bonorum cessionis admittendæ. 2. 78  
 Intellectus ad l. pen. ff. de iure dot. 11. 132  
 Inopia & miseria, est causa cessionis bonorum admittendæ. nu. 1. 4  
 Interpretatio lata, quādō fiat in materia odiosa. num. 9. 268.
- Interlocutoria iudicis de executione legitimè facta, an sit necessaria, an verò sufficiat quod istud ex actis constet. 11. 316  
 Interueniente precio, emptio præsumitur, non cessio. 12. 292.  
 Iudex potest cogere principalem debitorem ad comparandum, & compellere per sacramentum, & multæ inductionem ad indicandum bona, nume. 12 idem facere potest de vxore & alijs domesticis, qui talia scire possunt. nu. 13. 305  
 Iudex excusso rem faciens, debet cuncta rimari. num. 2. 303.  
 Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in syndicatu condemnatus fuit, an ad cessio- nis beneficiū admittatur. nu. 1. 121  
 Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in syndicatu condemnatus fuit, de consuetudine in carceribus poni debet, donec integre satisfacta. nu. 2. 121  
 Iudex qui dolo se iudicauit, & in syndicatu condemnatus fuit integre satisfacere teneatur, & priuilegium non habet, vt non conueniatur ultra quam facere possit. n. 3. 122.

Iudex

DE CESSIONE BONOR. &c.

- I**udex an possit ex officio refi- Libellus & citatio in ciuitati-  
stere quod fiat discussio, bus ad capturam præcedere  
quando quis non excipit de debet. 17. 241  
cuius beneficio. 21. 319 **L**icentia bonorum possessio-  
**I**udicium licet procedat, si no nem ingrediendi, dari potest  
opponatur de excussione, in testamento per defunctum.  
actor tamen non obtinebit 5. 223  
in hypothecaria contra ter-  
tium, si non probet excussi-  
onem factam, vel debito*re* 315  
inopem. 32. 309 **L**itis contestatio an in causa  
Iudicium an procedat contra cessionis bonorum requira-  
ter. 1. 215  
pertium, ante excusionem L. maiorem. ff. de pact. & l. fi.  
factam, si non opponatur. C. qui bon. ced. poss. proce-  
11. 305 dunt non solum in casibus  
Iura & actiones an debeant ce in eis positis, sed etiam in o-  
di pro parte, vel in solidum mni alio casu, in quo inter  
fideiussori. 17. 296 creditores est concertatio 2.  
Iura & actiones an specialiter 253.  
in fideiussorem cedi debeat,  
18. 296 **M.**  
Iura de militibus loquentia, M. Aior pars creditorum quin-  
ju veteranis qui rei milita quennales dilationes in-  
ri non insistunt, locum non dulgere potest, etiam in  
habent. 6. 92 præjudicium creditorum  
Iuramentum per ipsum iuran bona hypothecata habe-  
tem in forma specifica im-  
pleri debet. 16. 27. tium. 7. 249  
L.  
**L**egatus de latere, contra ius  
rescribere non potest, e  
contra illud rescribere cen-  
setur, etiam si à Papa sit re-  
scribendi facultatem ha-  
beat. 14. 200 **M**aritus prodote cōfiscata ex  
delicto vxoris à fisco con-  
uenitus beneficio gaudet, q  
quod non conueniatur, ni-  
si in quātum facere potest:  
secus, si maritus confiscatus  
fuit, & fiscus à mariti credi-  
toribus conueniatur, quia  
fiscus mariti priuilegio mi-  
nimè gaudet. 29. 140  
Lex fin. C. qui bon. cede. poss.  
quomodo procedat. 6. 247 Maritus ab vxore inope con-  
uentus,  
†† 5

# INDEX IN TRACT.

- uentus, in solidum condem natur, & beneficio non gaudet, vt non conueniatur ultra quam facere potest, nisi ob status mutationem priuilegiatus esset.** 30. 142
- Maritus in bonorum suorum & suae vxoris administracione dolum committens, perdit priuilegium quod habet a lege, & in solidum condemnatur, nec ad cessionis beneficium admittitur.** 31. 142
- Maritus si lata culpa, bona propria dilapidavit, non perdit priuilegium quod habet a lege: secus, si lata culpa vxoris bona dilapidavit,** nū 32. & 33. 143
- Maritus & non vxor electione habet, an quinquennales velit inducias, vel cedere bonis** 34. 143
- Maritus rei vindicatione ex causa dotis non precedente conuentus beneficio non gaudet, nec conueniatur, ultra quam facere possit.** 14. 27.
- Maritus renunciare non potest beneficio quod habet, ne conueniatur ultra quam facere potest.** 8. 238
- Maritus si eius bona in fraudem vxoris dolosè alienauit, seu dissipauit, priuilegio marii non gaudet, sed insolidum tenetur.** 6. 130
- Maritus vel eius filij si artifices sunt, ex quo artificio vitum sibi acquirere possunt, non gaudet beneficio sibi concessio, sed in solidum condemnatur.** 25. 138
- Maritus excipiens conueniri non posse nisi in quantum facere potest, si recta eius exceptione in solidum condemnatur, & non appellavit, non poterit in executione sententiae de huiusmodi beneficio excipere; secus, si ante sententiam apposuerit.** 26. 139
- Maritus notitiam habens de adulterio per vxore comisso, si non indignatur, praesumitur.** 6. 42
- Maritus non potest pacto ex proflo nec tacito etiam cum iuramento renunciare beneficio, quod non conueniatur ultra quam facere possit.** 22. 137
- Maritus & vxor compelli possunt, vt in unum redeant, & simul cohabitent, nec interesse praestando liberantur.** 2.
- Maritus an in dotis restitutio ne ad cessionis beneficium admittatur, vel gaudeat priuilegio, ne conueniatur ultra quam facere possit.** 1. 227.

**Maritus**

## DECES SIONE BONOR. &c.

- Maritus** in causa dotis nec carcerari, nec bonis cedere potest num. 1. 127 Maritus alteri quam vxori dominum restituere promittens per haec verba, videlicet, „*mittit quod meæ vxoridebeo, non conuenitur nisi in quantum facere potest, scilicet, si dixisset, centum ex causa dotis restituere promitto, quia eo casu in solidum condemnabitur, etiam delegatio ex lucrativa causa facta fuisset.*“ 135
- Maritus** soluto matrimonio actione reali conuentus ad fundum in dotem datum, teneatur in quantum facere potest, nisi in dotali instrumento precarium esset apposatum. 2. 128
- Maritus** conuentus actione de dote ad rem dotalēm, quæ extaret, vel ad aliam ex pecunia dotali acquisitam, & per eam restituere nollet, non gaudet priuilegio, quod conueniatur in id quod facere potest, sed in solidum condemnatur. nu. 3. 130.
- Maritus** actione personali descendente ex maleficio conuentus, in solidum tenetur. 4. 130
- Maritus** negans negata prout narrantur & petua prout petuntur in libello, in quo de matrimonio & dotis traditione fit mentio, sibi non præjudicat, nec beneficium perdit, vt non conueniatur ultra quam facere potest. 15. 134.
- Maritus** si dotem alteri, quam mulieri restituere promisit, ad integrum dotis solutionem tenetur, nec beneficio gaudebit, vt non conueniatur ultra quam facere posse. 135
- Maritus** si certam dotis quantitatem negauit, offerens se stare vxoris iuramento, si de tanta quantitate creditrix esset, & ipsa in iudicio iurauit maritum ex dotis causa centum sibi debere, in solidum condemnatur. 19. 135.
- Maritus** si ad dotis restitutio nem ab vxore longiorem habuit dilationem, quam de iure communi & consequi debeat, elapsō termino, priuilegio gaudet, vt non condemnatur, nisi in quantum facere potest. 20. 136
- Maritus** ab vxore conuentus, si inter eos matrimonium contractum fuisse negauit, beneficium fibi à lege concessum perdit, & ad integrum dotis solutionem condemnatur, & hoc si mendacis esset

# INDEX IN TRACT.

- effet dolus seu lata culpa; se-  
cūs , si dolus & culpa cessat,  
ret, nu. 12. & 16.** 133
- Maritus matrimonii negans,  
si postea pœnitet, & ante li-  
tem contestatam cōfitetur,  
sibi non præjudicat, nisi v-  
xor talem recusaret accepta-  
re confessionem, & offerret  
se contrarium probare, nu.  
13. & 14.** 134
- Maritus pauper & inops effe-  
ctus, post sentētiā in qua  
ad integrā dotē condē-  
natus fuerat, beneficio non  
gaudet, quod conueniatur  
in quantum facere potest.** 28. 140
- Maritus ab vxore actione ne-  
gotiorum gestorum conue-  
tus, quæ successit propter e-  
ius negligentiam loco astio-  
nis de dote, perdit beneficiū  
quod habet à lege, & in soli-  
dum cōdemnatūr.** 7. 131
- Maritus ab uxore conuentus  
actione separata ab actione  
de dote, id est, ex contractu  
celebrato post solutum ma-  
trimonium, insolidum cō-  
venitur.** 8. 131
- Maritus puratiuus priuilegio  
non gaudet, quod non con-  
ueniatur, nisi in id, quod fa-  
cere potest, sed insolidum  
tenetur.** 9. 131
- Maritus sua substantia male  
vtens, ab uxore conuentus,**
- constante matrimonio in  
solidum conuenitur, & nō  
gaudet beneficio sibi à lege  
concesso.** 10. 131
- Maritus sciens à principio se  
non posse dotem integrā  
reddere, si eam accepit, vel  
habuisse confessus fuit, an  
ex hoc in dolo fuisse præsu-  
matur, & sic insolidum con-  
demnari debeat, vt benefici-  
um habeat, vt nō conuenie-  
tur ultra quam facere pos-  
sit.** nu. 11. 132
- Maritus & vxor, vna & eadem  
caro sunt.** 8. 283
- Maritus pro assecuratione do-  
tis in pecunia cōsistentis fa-  
tisdare tenetur.** 2. 190
- Materia licet odiosa sit, non  
excluditur tamen lata inter-  
pretatio, quæ ex proprieta-  
te verborum insurgit.** nu. 10. 269.
- Mercatores falliti, qui à com-  
muniter accidentibus dece-  
ptores & fraudatores sunt,  
non excusantur ob aduer-  
sam fortunam, & dilatione  
quinquennali non gaudēt.** 4. 61
- Melius est mori, quam indige-  
re.** nu. 3. 4
- Mens rescribentis, ex præfatio-  
ne precum depræhenditur.** nu. 9. 198
- Mercatores falliti non gaudēt  
cessionis beneficio, nec an-  
nali**

# D E C E S S I O N E B O N O R. &c.

- hali seu, quinquennali dilatatione à principe concessa. 7. 268.
- Mercatores falliti, an cessionis bonorum beneficio gaudent. i. 60
- Mercatores falliti appellantur cedentes foto, & fraudato-  
res, & sunt infames, & infa-  
missimi i. 60
- Mercatores falliti, creditorib⁹  
laniandi tradit debent. nu. i.  
60.
- Meretrix pro priuato debito  
carcerari potest, nisi esset cō-  
iugata, & quomodo hoc in-  
telligatur, vide etiam. 3 & 5.  
40.
- Miles pro ciuili debito nec ca-  
pi, nec carcerari potest nu. i.  
88.
- Miles si non est matriculatus,  
vt sunt hodierni temporis  
milites, censetur vt priuat⁹,  
seu tanquam paganus. nu. 8.  
92.
- Miles non cedit bonis, sed pri-  
uilegium habet, ne teneatur  
nisi in quantum facere po-  
test, etiam quod debitum ob  
militiam causatum extra ca-  
stra contraxerit. i. 88
- Miles qui litis fiendæ, vel debi-  
ti non soluendi causa effe-  
ctus est, instantे creditore, à  
militia solvi debet. 14. 81
- Miles ob turpitudinem ad fur-  
cas suspensi non potest, nec
- etiam de consuetudine, nisi  
ob latrocinium. 12. 181
- Miles renunciare non potest  
priuilegio, ne conueniatue  
vltrà quam facere potest.  
15. 82
- Milites mercaturam exēcen-  
tes, militiam & militiae pri-  
uilegia perdunt, nu. 17. 82
- Milites qui domi sunt, vel va-  
gabundi, priuilegio nō gau-  
dent, vt nō conueniantur  
vltrà quam facere possint. 5.  
92.
- Milites, clerci, & Doctores, p  
ciuili debito capi & carcera-  
ri possunt, si fugitiui veldē  
instanti fuga suspecti sunt.  
16. 82
- Milites nostri temporis, à qui-  
bus rebus & negotijs se absti-  
nere debeant. 13. 81
- Milites inermis militiae, qui e-  
quites nuncupantur priuile-  
gio non gaudent, quo veri  
milites gaudent, num. 3. 9. &  
10. 90
- Milites nostri temporis hodie  
priuilegium non habent, q  
iure priuilegiato testari pos-  
sint, sed habent quod non  
torqueantur, & non suspen-  
dantur pro eo delicto, pro  
quo plebeius suspenderetur,  
nu. ii. & 12. 81
- Milites nostri temporis, nego-  
tijs & mercantijs instantes,  
militare nō dicuntur: secūs  
81

# INDEX IN TRACT.

- Si armis vacarent, & ad Rei publicæ siue Regis defensio nem parati essent.** 7. 92  
**Milites rei militari non vacantes, miliari priuilegio carceri debeat.** 7. 92  
**Minor pro ciuili debito banni ri non potest.** 13. 52  
**Minor in contumacia constitui non potest, ex quo seipsum defendere non valet.** nu. 15. & 20. 53  
**Minor si eius bona in causa mercantiae ex statuti disponitio ne, administrari potest, hoc casu capi & carcerari poterit.** 21. 54  
**Minor an bonis cedere possit, & non cedendo capi & carcerari an valeat.** nu. 5. 14. 19. & 21. 46  
**Minor 25. annorum, secundum decretum patitur, sed vide nu. 8. 12. & 16.** 50  
**Monachus non potest cedere bonis, & quando hoc non procedat.** 6. 36  
**Moratorium obtinemus, sicut à creditoribus conueniri non potest, sic etiam contra alios agere non poterit.** nu. 3. 219.  
**Mulcta si ob paupertatem delinquenti remittitur, absque eo quod luat in corpus, si ad pinguiorem fortunam peruerterit non vexabitur aliter.** 5. 35
- Mulier pro administratione tutelæ obligata, senatuscō.**  
**Velleian. & omni alijs auxilio, &c. renuntiando, an carcerari poterit, & an hoc in matre procedat.** num. 2. 39.  
**Mulier pro ciuili debito an bonis cedere possit, & non cedendo, in carcerem detrudatur.** 1. 39  
**Munera mixta quæ dicatur.** 7. 75.  
**Munus quali sit collecta.** nu. 7. 76.  
**N.**
- Nemo ex proprio delicto debet premium reportare.**  
**nu. 3.** 163  
**Negatio ante litis contestationem reuocari potest.** nu. 4.  
**Negans id, quod est causa sui beneficij, perdit beneficium;**  
**secus, si debitum negaret.** 3. & 5. 152  
**Negans primò aliquid, si post eā confitetur, præmium nō consequitur per eius mendacium, nisi negatio ante litem contestatam reuocata fuerit: secus, si post litem contestatam.** 4. 179  
**Nobilis officiū notariatus ex ercens, nobilitatem perdit,**  
**nisi sit Principis, aut cōmunitatum notarius.** 13. 81  
**Nostra**

# DE CESSIONE BONOR. &c.

Nostra interest plura auxilia  
habere, & si nobis vtilia nō  
sint. 9. 304.

O.

contestatio non requiritur:  
secus est, vbi principaliter  
imploratur, etiā quod cau-  
sa sit summaria, nu. 2. 3. &  
4. 215

**O**bligatio creditorum, per  
quinquennalem dilatio-  
nem vel bonorum cessionē  
non extinguitur. 2. 250.

Obligatus ad factum, an bonis  
cedere possit. 1. 57

Obligatus ad alimenta consi-  
gnanda attendere debet ad  
quantitatē fructuum qui  
ex eo percipiuntur, non au-  
tem attendet ad qualitatem  
& valorem rei. 2. 274

Obligatus ad votum præcisē,  
ad illud exequendum com-  
pellitur, nec sufficit interes-  
se prætitare. 3. 58

Obses per pactum obligari po-  
test, quod detineatur: & pa-  
ctum ob generalem consue-  
tudinem valet. 20. 243

Obstantia gratiæ quæ colligi  
possunt ex narratis, tacite  
in dubio sublata videntur,  
quamuis in concessionem  
gratiæ nihil de illis tollen-  
dis expreſſè fuerit dictum:  
secūs, si clare appareat,  
quod si gnatura ampliet vel  
limitet narrationem, quia  
tunc statut rescripto. nu. 18.  
202.

Officium iudicis quando inci-  
denter imploratur, litis

Opin. ultima gl. in dubio sem-  
per approbata censetur,  
quando non apparet, quam  
opin. ipsa approbare volue-  
ris. nu. 21. 137

P.

**P**actum juratum contra ius  
alimentorum non valet.  
nu. 4. 238

Pactum, quod debitor ad car-  
ceres etiam publicos se ob-  
liget, in instrumento nō va-  
let. 14. & 15. 240

Pactum & statutum paribus  
passibus ambulant. num. 4.  
237.

Pactum quod debitor persona  
liter detineri non possit, va-  
let & tenet. 23. 244

Pactum, per quod conuenit de-  
bitor, vt si in termino, non  
soluerit, possit citatione &  
contumacia non præceden-  
te excommunicari, non va-  
let. 17. 241

Pactum, vt ereditori liceat au-  
thoritate propria debitore  
in termino non soluentem  
capere, non valet, etiam si  
juratum sit. 18. 242

Pactum, quod scriptor in cōpe  
dibus

# INDEX IN TRACT.

- dibus detineri possit, valet.** & 10. & si bonis cesserit, nū.  
19. 242 11. & per libros æstimi. nū.  
**Papa plenitudo potestatis** 12. 263  
vti sine causa non debet, & Paupertas allegata in precibus  
in dubio vti plenitudo po per debitorem volentem ce-  
testatis velle non censetur. dere bonis, an per eum pro-  
16. 201 bat̄ debeat, vel ex verbis  
**Pater male administrata Re- precum & rescripti proba-  
pub. vel alia causa cedens ta dicatur. num. 1 & 5. 259  
bonis, filij semicapti in Poena si venit fisco applican-  
bonis per eos quæsitis, etiā da; commutari potest etiā  
ex donatione eis per patrem facta, non præiudicat. nū. 3. in iusto accusatore: secūs, si  
Nec præiudicat in donatio est parti applicanda. nū. 2.  
ne facta filijs in potestate 117.  
constitutis propter eorum Possessor potest producere te-  
merita, maximē antequam stes super eo, quod principa-  
per patrem debita contra- lis debitor sit soluendo. 14.  
cta fuissent. n. 3. 33 306.  
**Pater & filius possunt cedere** Possessore allegante postquā  
bonis, etiam quod filius ha petitur executio contra eū,  
beat vel non habeat castren quod bona superuenerunt  
se peculiū, vel quasi castren principali debitori, an sit  
se, vel aduentitium, vel pro audiendus ipse. 20. 319  
fectitum. 2. 32 Prærogatiua captiuis & carce-  
**Peculium legari potest ei, qui ratis concessa, etiam carce-  
in peculio nihil habet.** n. 2. ratis ex delicto competit. n. 261.  
32. Præceptum de non recedendo,  
**Pater & filius, vna & eadem** debitori factum, quædam  
persona censetur. num. 8. noua citatio dicitur. nū. 27.  
283. 100.  
**Partes facete nequeunt, quin** Præsens citari non debet, sed  
solennitas & ordo seruari ei præcipitur ut non disce-  
debeant. 16. 240 dat, antequam soluat. n. 27.  
103.  
**Paupertas alicuius probatur** Precatio rogans naturaliter  
per famam viciniæ, & per posside. 24 320  
cognoscentes eum, & si o-  
stantim mendicaret, & n. 9. Princeps iesribens cum clau-  
fula**

# D E C E S S I O N E B O N O R . &c.

**fula, non obstante, potest iura alterius tollere & diminuere.** 4. 272

**Princeps non presumit vel le tollere ius tertij, nisi apposuerit clausulam, non obstante.** 5. 272

**Princeps rescribens, nullo verbo in precibus cancellato, omnia in precibus contenta concedere videtur, & vide nu. 9. & 17.** 148

**Princeps rescribens, quod carceratus facta bonorum cessione relaxetur, dicitur illa ignominiosè remittere, quæ ex municipalis dispositione seruantur.** 7. 186

**Priuilegium concessum marito, socio & alijs, de quibus in l. sunt qui in id. ff. de re iud. non transit ad fideiussorem, ex quo est personale.** 2. 153.

**Priuilegium prioritatis anterioribus creditoribus per dationem bonorum solutum non aufertur.** 3. 222

**Priuilegium à Princeps obtentum, intelligi debet iuxta tenorem supplicationis oblatæ.** 10. 199

**Priuilegium & indulgētia sumunt à concessione vires, & non à petitione, quamvis in dubio ad petitionem concessio referatur.** 20. 203

**Priuilegium filijs concessum,**

in præiudicium tertij ad hanc potes nō extenditur: secūs, si tertij præiudicium non concernit. 8. 157

**Priuilegium quod maritus habet, ne conueniatur ultra quam facere possit, concedetur à lege marito ad tēpus, id est, usquequād ad pugiorē fortunam peruerterit, vel quo ad vixerit, & ad filios primi gradus eiusdem matrimonij tantum extenditur, non ad nepotes, vel pronepotes, nu. 2. 4. & 7.** 156

**Priuilegium militibus concessum, ut non torqueantur, ratione dignitatis & nobilitatis concessum fuit, ut.** 81

**Priuilegium alicui concessum ab Imperatore, ut ab eius creditoribus infra quinquennium conueniri non possit, ad debitorem ex delicto obligatum, non extenditur, sed contra, nu. 4. 12. 13. & 14.** 267

**Priuilegium concernens præiudicium tertij, strictè intellecti debet, quando est graue, secūs, si modicum, ut nu. 5. 12.** 267

**Priuilegijs particularium personarum per generalem legem non derogatur.** 4. 79

**Processus ab executiōe inchoari non potest, sed requiritur quod libellus, litis contestatio,**

†††

# INDEX IN TRACT.

- tio, & sententia præcedant, 16. 420  
**P**robate cuius sit, pecuniā datā fuisse. 13. 292  
**P**rocurator vel defensor mariti gaudet priuilegio mariti, eo viuente: ipso autem mortuo, condemnatur insolidū nisi filium eiusdem matrimonio mariti successisset. 1. 150  
**P**rocurator, non dominus est, ante litem contestatam . 8. 290.  
**P**rocuratoris officium est vi-  
le, & non est dignitas, sed onus. it. 81  
**P**rodigus si, ad emendandum em-  
ptorem induxit, ex quo di-  
cebat Doctoris se habere cō-  
filium, non valere curatoris  
dationem, & honorum in-  
terdictionem, emptori non  
præjudicat, & ob suum do-  
lum non potest eedere bonis.  
3. 169  
**P**rodigus non excusat in de-  
lictis. nu. 3. 169  
**P**upillus quomodo & qualiter  
citarī debeat 4. 47  
R.  
**R**ecepit mercatorem fal-  
litum in sua domo, an  
illum indicare teneatur,  
& creditoribus exhibere,  
vel ad interesse teneret, si  
bona fallit non sufficiunt.  
6. 61  
**R**ecommendari non potest in carceribus debitor, qui per  
suspicionem superuenientem captus fuit in die feria-  
ta in honorem Dei. 30. 101.  
**R**egula, qui in ære soluere nō  
potest, luat in corpus, quo-  
modo procedat. nu. 3. 118  
**R**egula I. L. Lucio. de lega. 2. & I.  
quod in hæredem. §. elige-  
te, de tribut. act. quomodo  
procedat. 5. 247  
**R**egula I. 2. §. si quis à Princi-  
pe, ff ne quid in loco publi-  
non procedit, quādo de mo-  
dico præjudicio tractatur.  
12. 270  
**R**elatio huncij, scientis nihil  
esse in bonis debitoris, iudi-  
ce eius vigore nil esse pro-  
nunciante, an sufficiat, ita  
quod possit ad fideiuſſores  
deueniri. 16. 306  
**R**enuntiatio beneficij cessio-  
nis valet, accedente iurame-  
to, nisi renuntiantis mendi-  
citas esset notoria, & nu. 10.  
sed contraria. nu. 13. 238  
**R**enuntiare quis non potest  
hīs, quae in fauorem publi-  
cum introducta sunt. nu. 4.  
41  
**R**enunciari cessionis bonū  
beneficio an possit. & nu. 1.  
5. 9. 12. & 15. 232  
**R**enunciari non potest iuri  
futuro, nisi interuenerit pa-  
ctum. 2. 232  
**R**enuncians expresse iuri in-  
casat.

# DE CESSI ONE BONOR. &c.

- C**arcerandi, tacitè renunci-  
at iuri debitorem in solidū  
conueniendi. 1. 176
- R**es si duobus cessa sit, ad quē  
ratio maximè spectet. n. 4.  
288.
- R**escriptum dicens, quod ora-  
torem ad alterium deduo-  
bus beneficijs admittat,  
prout petitur, ad fideiussor-  
em non extenditur, etiam  
si in precibus de fideiussore  
sit mentio. 12. 199
- R**escripta & priuilegia Princi-  
pum, intelliguntur semper  
absque alterius graui præiu-  
dicio. 13.
- R**escripta in his quæ sunt con-  
tra ius, restringenda sunt, &  
non valent ex defectu præ-  
sumptæ voluntatis Princi-  
pis. nu. 13. & 15. 199
- R**evoçatoria quando agitur,  
quia creditor dicit bona a-  
lienata in fraudem credito-  
rum, an possidens possit ex-  
cipere, quod fiat discussio  
debitoris. 22. 319
- R**omæ, Papiæ, & alibi qualiter  
debitor cedat bonus. nu. 5.  
183.
- R**usticus quærens post cessio-  
nem bonorum domum ma-  
gni valoris, eam vendere te-  
netur, & humilem emere,  
& creditoriibus dare residu-  
um. 2. 276
- R**usticus annumeratus inter  
personas, allegans se paup-  
rem, & nihil in bonis habe-  
re, paupertatem probare ter-  
netur. 263
- R**usticus in bonis post cessio-  
nē quæsistis, an panē grossū,  
cæpe, oleum, & caseum pro-  
alimentiſ haberet debeat. 2.  
178. S.
- S**aluus conductus ſeſt datus  
de ſtando & libere veni-  
endo, intelligit ut etiam  
de liberetatecedendo datus.  
34. 102
- S**cienti & volenti non firſta-  
us neque iniuria, nu. 16. 27.
- S**ententia lata contra poſſide-  
tem in hypothecaria an  
poſſit excipi de non laeti di-  
ſcuſſione. 19. 318
- S**ententia ſine excuſſione pri-  
cipaliſ facta, an valcat. 6.  
309.
- S**eruus aut monachus ſic  
demnati fuerunt, ex ſen-  
tia non obligantur, nec ee-  
cutionem quæ fit in cau-  
iudicati, patiuntur. nu. 6. 5
- S**ignatura attendi debet. 1.  
199.
- S**obolis appellatio veniunt li-  
beri, nepotes, proæpotes,  
& vltiores. 6. 15;
- S**ocer vxoris conuentus pro re-  
ſtitutione dotis, tam conſta-  
te quām ſoluto matrimo-  
nio, gaudet beneficio, quod  
non conueniatur niſi in id  
††† 2 quod

# INDEX IN TRACT.

- quod facere potest, deducto paupertatem. nu.3. 4**
- ne egeat.i. 145 Spoliator ad cessionis beneficiū admittitur, etiam quòd spoliatus non fuerit integrè restitutus a i fructus, in quibus spoliator fuerat condēnatus, nisi per ipsum dolū, fraudem, & cum inuasione spoliauerit.i. 171**
- Socer viri an tam constante- quām solut. matrim. priuilegium habeat, vt non conueniatur in dotis solutiōe, nisi quaenam facere possit, sicut habet vxoris socer, vel in solidum teneatur. nu.2. 146.**
- Socer viri si dolum commisit, in duendo generum ad matrimonium contrahendum cū eius filia sub spe dotis promissæ, quam soluere nō poterat, priuilegio non gaudet, quòd conueniatur quaenam facere potest, sed in solidum condemnatur solut. natim. an idem si t, si constante matrimonio conueniatur, nu.3. & 4. Intellectus l. pen. ff. de iure dot. num. 4. 147.**
- Scius soluta societate, gaudet beneficio, quòd non condēnetur vltra quām facere pos sit, nisi in instrumento societatis iuramentum interuenierit, & nisi dolum vella tam culpam in societate comiserit. nu.2. 151**
- Solennia quædicantur. nu.33. 303.**
- Solennitas aliqua non requiri- tur in cessione bonorum. nu.1. 182**
- Sordescere dicitur quis ppter**
- Stante statuto, quod in licita- tione cognatus præferatur, si extraneus rem pro maiori precio quām valeat, acci- pere vellet : cognatus vero pro precio tantum quod valet, præfertur extraneus . 4. 254.**
- Stante statuto, quod quilibet pro ciuili debito, non ob- stante quocunque priuilegio personaliter capi possit, sub hoc statuto nō compre- henditur Doctor. num. 5. 79.**
- Statuta quod mercatores falliti creditoribus dentur lacerādi, valent. 2. 60**
- Statuta & cōsuetudines super cessione vituperosa, an valeant. 6. 184**
- Statutum, quod quis in carce- te publico detineri possit, valet, non autem in priua- to. nu.3. 19**
- Statutum quamvis disponat, quòd instrumenta guaren- tigia per debitum car- etationem, & omni modo quo**

# DE CESSIONE BONOR. &c.

**quo creditor placuerit, execu-**  
**cutioni mandentur, debitor**  
**tamen bonis cede: e poterit,**  
**ne in carcerem detrudatur.**

4.

**Statutum, quod contumax p-**  
**confesso habeatur, locum**  
**habet etiam in adulto.** n.9.

50.

**Stipendiarij nostri temporis,**  
**qui sunt armigeri, non ta-**  
**men milites, priuilegio gau-**  
**dent ut non conueniantur,**  
**nisi in quantum facere pos-**  
**sunt.** z.

**Stipendiarij non iurant como-**  
**do, quo milites iurare tenē-**  
**tur.** z.

**Subditi ad euitandum onera**  
**& collectas à superiore im-**  
**positas, boniscedere non**  
**possunt.** i.

T.

**T**Abellio dignitatem habe-  
 re non dicitur. nume.12.  
 81.

**Tabellionatus officium, onus**  
 esse dicitur, & est officium  
 vile.12. 81

**Tertius possideas, quando fit**  
 discussio contra principalē  
 debitorem, an sit citandus.  
 8. 315

**Testator primus si legata con-**  
 ditionalia fecit quorū dies  
 post legata hæredis secundi

testatoris cuenit, legatarij  
 primi testatoris legatarij se  
 cundi testatoris præteruh-  
 tur. z. 210

19. **Tractatus de carceribus, quam**  
 uis Bartolo attribuatur, ed-  
 ditus tamen fuit à Baldo.

22. 68  
 Titulus de bon. autho. iudic-  
 poss. quomodo procedat. 8.  
 223.

**Tutela sicut agnatis qui succe-**  
 dere debent, sic & cura de-  
 fertur. 16. 225

89 **Turpitudinem suam quis al-**  
 legare non potest. num. 12.  
 26.

89 **Tutor impotens ad præstan-**  
 dam pupillo cautionem re-  
 pelitur. 6. 191

**Tutor & curator in testamen-**  
 to datus, si tutelam gessit,  
 non cogitur postea in uitu  
 curam assumere. 20. 225

V.

**V**Acationes quare in curia  
 Ro. potius fiant de men-  
 se Augusti, quām alio té-  
 pore. 9. 23

**Vassallus omnia bona quā in**  
 feudum recipit, domino in-  
 dicare tenetur, si de feudo  
 inuestiri velit. 6. 181

**Vassallus relinquens dominū**  
 in bello, perdit feudum. 205.  
 98.

**Vassallum, qui intra annum**  
 non petijt inuestituram à  
 ttt 3 domi-

# INDEX IN TRACT.

- d**omino, excusat pestis à finali priuatione. 153. 79
- V**estori, qui casu fortuito impeditus nequivuit nauigare, an debeatur integra mercetotius nauigationis. nu. 114. 61
- V**endito nomine, venditur instrumentum nominis. 23. 300.
- V**endor sciens super frumento futurum edictum, si illud vendit statim carius, ad restitutionem tenetur. nu. 2 Idem de expedente monetariorum, quae statim per edictum prohiberi debent, ibi. 166.
- V**erbum, relinquo, in donacione expressum, facit ipsam censeti factam esse causa mortis. 178. 87
- V**erbum emptio, interdum praconductio, exponitur. 58. 39
- V**erba, si qui percipiuntur, scilicet fructus, in contractu locationis posita conditio nem & spem locatam esse significant. num. 60. pag. 39.
- V**estes viles cedenti bonis relaxantur, sicut ad ultimum supplicium damnatis relaxantur 8. 22
- V**ictum cogitans, vitam non habet. 3. 4
- V**niuersitas clericorum, scho-
- larium, fabrorum, pellipariorum, & similium personarum, boniscedere potest, 2. 43
- V**surarius post cessionem si bona acquisiuit, insolidum tenetur in foro poenitentiali, secus in foro contentioso. 3. 130
- V**surarius manifestus in terra sacra sepeliri non potest, secus in profana. num. 7. 22.
- V**surarius in foro contentioso ad bonorum cessionem admittitur, nisi dolo bona dissipasset. 1. 119
- V**surarius si sub usus specie con sequendi à debitore, vel à Principe veniam, pecunias mutuauit, cessionis beneficium perdit. 2. 119
- V**sufructuarius si operas suas in biennium pro viginti locauit, & conducto cessit bonis, finito usufructu post annum, dicta cessione prodest debitori aduersus proprietarium nouum creditorem. 7. 208
- V**sufructuarius tenetur cum indeo fideiussore cautione præstare quod proprietati lassionem non afficeret. nu. 5. 191.
- V**tilis actio an sine cessione competat. 1. 287
- V**tilem qui habeat actionem, an

## DE CESSIONE BONOR. &

an directam habere queat.

i4.

293

pore promissionis dōtis iū

dolo fuisset.i.

i44

ad Utilitatem cessionis bono  
rum quæ requitatur. n. i.

6.

Vxor in solutione dotis ga-  
det beneficio quod maritus  
habet ne conueniatur ultra  
quam facere possit, nisi tem-

Vxor mortuo eius viro, bona  
mobilia hæredibus mariti  
indicare tenetur : alioquin  
si reperiatur , præsumitur  
vxorem illa surripuisse , &  
contra eam agi posset. n. 6.  
pag. 180.

## FINIS.



TRACTATVS MAT-  
THAEI BR VNI ARIMINEN.  
I. C. CLARISSIMI, DE CES-  
SIONE BONORVM, IN  
LXVII. QVAESTIONES  
DIVISVS.



ESSIONIS Bonorū materia quām  
sit vtilis, quamque frequens & ne-  
cessaria, docet quotidiana forēsium  
causarum experientia, & tam in fo-  
ro seculari, quām etiam in Ecclesia-  
stico, & præcipuè ob' malas horum temporum  
conditiones, in quibus quamplurimi honorificè  
viuentes, ad tantam redacti sunt paupertatem &  
inopiā, quod vix sibi viētum acquirere possunt.  
Tractaturus itaque hanc cessionis bonorum ma-  
teriam, varijs in locis per Legistas & Canonistas  
sparsam, in vnum tractatum recolligere duxi, vt  
quærentibus facilior pateat aditus, & pro faci-  
liori intelligentia, illum in 67. quæstiones diu-  
stere censui: quas antequam aggrediar diuinum  
implorabo auxilium, iuxta textum, in §. & in-  
choëtur mox. & ibi gloss. in proœm. Institu. cum  
vulg. sine eo enim sapere, despere est, August. in  
cap. quinto Meditationum, in princ. & qui abs-  
que illo ambulat, in tenebris ambulat, & nescit  
quo vadit. Ioan. cap. 12. & sine ipso factum est ni-  
hil, quod factum est, idem Ioan. cap. 1. & August.  
cap. 5. Soliloquiorum. Omnia ergo quæ facimus  
aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine  
Iesu facere debemus. Paulus ad Coloff. cap. 3. &  
cap. non liceat. 26. quæstio. 6. quia per se homo

A nihil

**TRACT. MATTH. BRVN**  
nihil sine diuina gratia potest. August. cap. 15. So-  
liloquiorum. Ut igitur per viam veritatis am-  
bulemus indiuiduæ Trinitatis solito more su-  
fragium inuoco, ut hisce laboribus nostris, ad à-  
lienam potius quam ad nostram utilitatem re-  
ductis, sit præsens & adiutorium nostrum.

### *SVM MARIA.*

- 1** *Cessio bonorum quid sit.*  
*Cessio bonorum dicitur remedium miserabile &*  
*fleibile. ibidem.*  
*Inopia & miseria, est causa cessionis bonorum ad-*  
*mittendæ, ibidem.*
- 2** *Cessio bonorum acerba, iniuriosa, & terribilis dia-*  
*citur.*
- 3** *Sordescere dicitur quis propter paupertatem.*  
*Melius est mori, quam indigere, ibid.*  
*Victum cogitans, vitam non habet, ibid.*
- 4** *Dignitas & honestas per familiarum diuitias con-*  
*seruatur, & ob earum inopiam perit.*

*Quid sit bonorum cessio.*

*Questio I. Prin.*

**D**EVENIENDO itaque ad hanc cef-  
sionis bonorum materiam, à diffini-  
tione incipiam, eloquentiæ patrem  
& magistrum imitando, in primo of-  
ficiorum dicentem, quod omnis quæ  
à ratione suscipitur de aliqua re institutio, à dif-  
initione profici sci debet, ut intelligatur quid sit  
id, de quo differitur: Primò igitur principaliter  
quæ

quæro, quid sit bonorum cessio. Alij diffinierūt, vt Rofre. in tract. libello. in Rub. de offi. iud. quo cura. datur bo. alicuius qui cedit bonis, in princ. versi. in primis attende, quod nihil aliud est, nisi dimittere bona creditoribus ad instantiam & petitionem creditorum, quæ diffinitio defectuā videtur, quum omnia, quæ in hac bonorum cessione de necessitate requiriuntur, nō comprehendat, vt infrā patebit. Alio modo per Azonem diffinitur in summa, titu. nostru. in princ. quod est, dimittere & relaxare debitris bona, creditorum improbitati & instantiæ. Qæ similiter diffinitio non videtur rectè adaptapossit. Ponamus enim bonis cessisse debitorem bonis ac probis creditoribus, cessio quidem erit beneplacita, non tamen creditorum improbitati dimittitur. Vnde ita diffiniendam arbitrori: Cessio bonorum, est beneficium siue remedium miserabile & fleabile, debitori pro carceribus euitandi concessum, vt probatur in l.i.pen. & fina. C.titu. nostro. & hoc modo comprehendentur omnia, quæ in cessione bonorum requiruntur. Dixi, quod est beneficium: nam verè beneficium est, quia benè facit debitori, ne in carceribus detineatur, vt dicit text. in d.l.i. Dixi, quod est remedium miserabile & fleabile: nam verè miserabile est, quia miserum facit cedentem ex eo, quod propter tantam eius paupertatem et inopiam, ad quam vergit, vix ei dimittitur interula secundum Bald. in d.l.fi. in princ. versi. Nota quod cessio bonorum. & Albe. de Ros. in d.l. penult. quia ipsa miseria & inopia flebilis ex causa cessionis admittenda, vt tradit Imol. in c. Odoardus, col. pen. in princ. vers. Quæritur etiam hic Dominus Pet. num. 24. extr. de solutio, quæ non competit,

## TRACT. MATTH. BRVN

4 nisi miseris & inopia detentis, vt in §. quod au-  
 tem, in Authen. de fideiuss. ibi, agnoscant autem  
 2 creditores. † Et dicitur etiam cessio zcerba, ini-  
 iuriosa & terribilis, secundum Frederi. de Sen.  
 consil. 193. in quæst. verente. Vnde Angel. in d.l.  
 pen. notat, quòd qui cedit bonis, adiutorium fle-  
 3 bile venit, † quia propter paupertatem quis for-  
 descere dicitur, acèò quòd de tali ferdenti vita  
 est supplicium & mors solatum, vt l. quisquis.  
 C. ad l. Iul. mæst. vnde melius est mori quam in-  
 digere, qui victimum cogitans, vitam non habet.  
 Ideo dicitur Joan. And. in addit. ad Spec. in titu. de  
 succe'sion. ab intestat. in prima addit. quem se-  
 cu' r Alex. consil. 134. Animaduersis, colum. i.  
 n princip. volum. 6. quòd per familiarum diui-  
 tias † conseruatur dignitas & honestas, quæ ob  
 4 earum inopiam perit. firmat Bald. in l. maximum  
 vitium, colum. i. & 3. C. de lib. præteri. Socin. Sen.  
 consil. 47. Facti narratiōne, colum. i. in fin. versic.  
 Ex quibus patet, num. 6. volum. 3. cum alijs plenè  
 congestis per Paris. consil. i. Vulgatum est, colum.  
 3. in fin. vers. Et certissimum est, num. 28. & consil.  
 18. esto quod, colum. pen. in princ. ver. Quoniam  
 sine bonis, volum. 3.

## S V M M A R I A.

- 1 Ad utilitatem cessionis bonorum quæ requiri an-  
tetur.
- 2 Debitor bonis cedere volens, debitum agnoscere  
tenetur.  
*Debitum qualiter per debitorem agnoscatur. Ibi-  
dem.*
- 3 Debitor faciendo debitum, licet condemnatus sit.  
*bonis cedere potest*

4 Debi-

## DE CESSIONE BONOR.

- 4 Debitor inuito creditore ad cessionem non admittitur, antequam debitum recognoscatur.
- 5 Cessio bonorum, litis contestationem impedit.
- 6 Debitor negas debitum, an cessionis beneficio gaudeat.
- 7 Beneficiam cessionis non datur neganti debitum, sed confitenti: & qualiter, & quando prolit, & non prolit confessio. ibidem.
- 8 Debitor, si bonis cessit, deinde noui superueniunt creditores, qui illum in carceribus confirmari faciunt, an istis superuenientibus talis noceat cessio, si per cedentem opponatur.
- 9 Cessio prima pro omnibus creditoribus tam presentibus quam absentibus sufficere debet, sicut una inuentarij confessio. ibidem.
- 10 Cessio prima creditoribus post cessionem creatis, in bonis de novo quæsis non præjudicat.
- 11 Debitor qui cessit bonis, si ad pinguiorem fortunam peruenit, a creditoribus ante cessionem creatis non conuenitur, nisi in quantum facere potest: quo verò ad post cessionem creatos, in solidum tenetur. ibidem.
- 12 Cessio prima aduersus nouos creditores non prodest.
- 13 Debitor post condemnationem trium sententiarum, debitum confitens, an ad bonorum cessionem admittatur.
- 14 Exceptio cessionis bonorum, executionis actum, & non obligationis substantiam respicit.
- 15 Sententia una qua transiuit in iudicatum, & qua executionem meretur, tribus sententijs aequi-

paratur.

**13** Ratio eadem ubi militat tam in uno, quam in altero, una & eadem ratio decidit omnes illos casus, non per extensionem, sed sicut genus species comprehendit, sic generalis ratio diuersas species.

Non est curandum de casuum diuersitate, dummodo in omnibus casibus sit eadem ratio. ibidem.

Non sufficit diuersificare casus, nisi diuersitatis ratio reddatur. ibidem.

Quæ requirantur ad validitatem cessionis bonorum.

*Questio II. Princip.*

**1** Secundò principaliter quæro, † quæ ad huius cessionis validitatem requirantur? Respon. quod nolens cedere bonis, debitum agnoscere debet, l. penult. & ibi glo. & Bart. ff. titu. nostro. Qualiter autem agnoscere debeat dic cū glo. in d. l. pen. & ibi Bart. quod uno modo debitum agnoscere dicitur, illud extra judicialiter confitendo, vel fideiussorem præstanto, vel pignus aliquod, siue cautionem interponendo secundum iura ibi allegata. † Alio modo ut in iudi. debitum fatēdo, vel patiendo factis, legibus, probationibus condemnari, quia cedere potest, quandò debitum fatetur etiam si sit condemnatus, secundum Cyn. in l. i. quæst. 3. C. titu. nostro. quem sequitur Albericus de Rosa. in Rub. eo. tit. in 2. colum. in princip. versic. Item quæro quandò quis possit. & tenet Hostien. in summa. tigul. nostro, colum. i. versicul. Cedere autem potest. Rofred.

Rofred. in tracta libell. in Rubric. de offic. iudic. quo cura datur bonis colum. 2. versic. Est secundum necessia. & Bald. in §. fina. colum. pen. versic. Item quæro quandò debitor. Institut. de actio. & dicemus infrà. Et hoc totum est fauore creditoris, † quia creditor, inquit, post bonorum cessionem ita bene cum alio agere non possem, siue tecum, ideò volo, quod contra te testes examinentur, & prius quam cedas, probationes fiant, & hoc quia iura volunt esse in creditoris electione, an ante debiti recognitionem, vel post, debitorem ad cessionem admittere velit: & sic inuito creditore, ad cessionem, antequam debitum recognoscat, admitti non potest. Et ratio est, secundum Imol. in c. Odoardus, colum. 2. versicul. In eadem gloss. ibi, audiri non non debet. extr. de solution. Quia creditoris interest, ne antè fiat cessio ratione probationum de debito fiendarum, quas hodiè habet, & forsan illas probationes in futurum habere non posset: ideo conueniens fuit, quod inuito creditore, ad cessionē ante debiti recognitionem nō dimittatur. † Sed contra prædicta opponi potest, quia secundum ea videtur, quod bonorum cessio, litis contestationem non impedit, quod est contra textum in l. 3. ff. titu. nostro. in l. ex contractu. C. de bon. autori. iudic. poss. & in l. item si vnum, in princip. ff. de arbitr. vbi bonorum cessionis exceptio, ad processum impediendum opponi potest, ut inferius dicetur in decimasexta quæst. princip. Tu dic, quod leges contrariæ intelliguntur secundum d. l. penul. ff. titu. nostro: quia bonorū cessio litis contest. impedit, & sic ad processum impediendū opponi potest, vbi debitum est liquidū, vel deb. illud extra iud. agnoscere pa

ratus est, alioquin impedire nō potest, vt d.l. penul. si ergo cre. debitum liquidare non curaret, sed diceret, cedat deb. quia ego quando volvere, probabo tunc ad cessionem, quamvis debitum liquidum non esset, admittitur. & ita tenet glo. ibi. quam sequitur Azo in summa, tit. nostro,  
 ¶ & Host. in d. vers. † Cedere autem potest, & eam sequitur ibi Bart. & Angel. & idem Angel. in l. 4, ff. eo. Si verò debitum negat cessionis benef. non habet, vt d.l. pen. & per gloss. & Doct. in d.l. i. C. eod. & in d. §. fin. vb. Aret. in 3. colum. vers. Et aduertas quod ad hoc. instit. de action. qua cessionis benef. non neganti, sed confitenti debitum datur, vt per d. glo. Bald. Ange. Salice. & alios in d.l. i. Si verò non fatetur, nec negat, & idem, quia deb. negandi benef. habet secundùm d. glo. ibi, quæ secundùm Bald. ibi in princ. est no. Si verò debitum confitetur, tum ad cessionem admittitur, vt dixi, dummodò sic fateatur, quòd nulla negandi occasio relinquatur. ita Bal. ibi in i. col. ver. secundò oppo. & Are. in d. §. fi. d. ver. † Et aduertas quòd ad hoc. Alioquin d. benef. non habet. Si verò à prin. negauit, vt post sententiam & condemnationem confessus fuit debitum, tunc distinguit Bal. in d.l. i. colum. i. vers. Sed hic queritur: Aut iste negans, iustam negandi causam non habuit, & ante sententiam pœnituit, & confessus fuit, & tunc ad benef. cessionis admittitur, aut non pœnituit, & dictum benef. non habet. Si verò iustam negandi causam habuit, & tunc dicit ipse, quòd quum hoc benef. sit contra sententia executionē, & sic in eius executione deb. ad cessionem admittitur, prodest ei confessio, & sic poterit tunc cedere bonis, dummodò s̄c ciui- liter & naturaliter teneri confiteatur, quia hic propriè

propriè debitum fatetur: si verò diceret, fateor me de rigore sententiæ teneri, sed non inspecta caussæ veritate, non dicitur plenè fateri, quia teneri se naturaliter negat, l. Iulian. ff. de conditio. indeb. & ideò ad cessionis benef. non admittitur, Salicet. verò in d. l. i. colum. i. versicu. Iuxta hoc mouet hoc idem dubium, quærens quid si debitū negauit, & est per sententiam condemnatus: deinde fatetur, an talis confessio sibi proficit, ut bonis cedere valeat: inquit videri quod non, creditore sibi opponente, l. eum qui. ff. de iure iurand. maximè quia actorem ab onere probandi non relevauit. immò quia in mendacio usque ad sententiam perseuerauit, impunè pertransire non debet, l. si dubitet. §. i. & ibi Bart. ff. de fideiuss. §. itē mixta. Institu. de action. & l. conductores, C. loc. & pro hoc facit gloss. penult. in d. l. i. in verbo, iudicati. C. titu. nostro. quæ dicit, quod cessio ante sententiam fieri debet, & ex consequenti confessio. Contrarium tamen decidit per text. in d. l. i. qui condemnationem præcedere cessionem supponit. & vt plurimum negantes & conuicti condemnantur, confitenti verò fit de soluendo præceptum, vt l. si debi. ff. de iudic. Ad gloss. in verbo iudicati, respondet, eam non benedicere secundùm Iacobum Butriga. & Doct. Et pro hac opin. text. inducit in d. l. penultim. ff. eod. qui alterna- tiuè loquitur, dicens quod aliquo casu condemnationem factam frustrà requireret, si post eam cedere non posset, item quia cessio fit ut à carceribus liberetur detentus, vel ne detrudatur, vt est textus in d. l. i. C. titu. nostro. & tales carcerationes vt plurimum pro execu. sententiæ fiunt, ergo post sententiam & condemnationem ad cessionis benef. admittitur. Item quia si verè prius

non erat debitor efficax.l.i.C.de condicione indebet ergo post sententiam debet posse confiteri, & cedere bonis, & hanc opin. putat esse veram, & eam declarat litera d.l.pen. quæ duas tantum ponit alternatiuas, videlicet quando extra iudicium confessus est, & illa confessio non sufficit, nisi condonetur, ideo alternatiuè adiicitur, vel cōdemnetur, secunda est, quando in iudicium confitetur, & sic pro iudicato habetur, unde tunc solum de soluendo præceptum, secundum eum, sufficeret, Are. vero in d. §. fi. col. 3. vers. quæro quid si à principiis negauit, in hoc vlti. dubitat, quia quum aliquo probandi onere non sit alleuiatus crederetur secundum eum necessariò sequitur, quod debitor per eius mendaciū cessionis beneficiorum debet refert tamē opinionem. Sal. de qua suprà, saluari posse, si debitor post cōdemnationem appellasset, per quam appellatio nē pronuntiatum extinguitur, vt l.i.in fi. & ibi glo. & Bar. ff. ad Turp. tunc si debitum fateatur, bonis cedere poterit, arg. l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bo. li. & cum hac opin. Aret. transit ibi laf. in 3. col. in fi. vers. 7. supradicta reg. & secundum hanc Aret. considerationem decisum fuit in cons. Neap. vt refert Afflict. in decis. 296. Quidā debitor, & se quitur Paris. conf. 100. Certis. est. col. 1. vers. Nec Alb. vol. 3. & sic apparet, quod Are. & sequaces sequuntur opinionem d. glo. pen. in verbo, iudicati, quæ communiter à Doct. reprobatur, vt attestatur Alberi. in rub. C. tit. nostro, in 2. col. in princ. versic. item quæro quando quis. & Salic. in d. l. colum. i. veri. Nec obstat glossa. & idem firmat Afflict. in decis. 379. In quadam causa, in fin. Consil. tamen Neapol. ibi in opin. Salice. & sequacium inclinavit, quod etiam post sententiam condemnatus confitens debitum ad cessionis beneficium admittitur, & i-

ta decisum fuit, vt ibi vers. fin. attestatur Afflct.  
 & ita tenendum censeo, quum etiam eandem o-  
 pin. tenere videatur Bartol. & Ang. in d. l. penul.  
 ff. titu. nostro, & ante eos Cyn. in d. l. i. in 3. q. cum  
 alijs, de quibus suprà vers. Alio modo vt in iudi-  
 nu. 3. Pro huius opin. confirmatione Panor, addu-  
 co in c. Odoardus, col. 2. vers. in gl. 2. ext. de solu-  
 vbi attestatur, communiter teneri, debitorem an-  
 tequā condemnetur, vel debitum fateatur, bonis  
 concedere non posse, quod cred. periculosum ef-  
 fet, si per prius admitteretur cessio. Nā fortè de-  
 bitor tempore quo ad pinguiorem fortunā per-  
 ueniret, cred. per mortem; vel testiū absentiā de-  
 bitū probare nō possēt: ideo debitū primò liqui-  
 dari debet, & postmodū debitor si vult, bonis ce-  
 dere poterit. ergo opi. gl. pen. in verbo, iudicati,  
**Are.** Iaf. & sequaciū non est vera. Tenenda est igi-  
 tur opi. Sal. tanquam verior, & magis cōmunis &  
 ab ea in iudicando non est recedendum. In eo ta-  
 men quod Salicet. inquit, debit. in iudicio con-  
 fitentem, pro iudicato haberi, & sic secundūm e-  
 um, solummodò de soluendo præceptum suffi-  
 ceret, dic quod si debitor cessionis beneficio vt  
 velit, præceptum de soluendo sibi fieri non po-  
 test. quin immò statim quod in iudicio confessus  
 est se ad bonorum cessionem admitti petere po-  
 test. & illa sibi denegari non valet, vt est textus  
 in dicta l. penultim. ff. de titu. nostro. vbi verò  
 cessionis beneficio gaudere nollet, sed soluere  
 paratus esset, tunc ipsi confitenti de soluendo  
 præceptum fieri potest, & non aliter, & ita pro-  
 cedit textus in dicta l. si debitori. de iudic. Quid  
 autem si confessus debitum eius, vel eorū qui in  
 carceribus detinebantur, bonis cessit, deinde no-  
 ui creditores superueniunt, qui illum in carcere

confirmari faciunt, an bonorum cessio, quo ad primos creditores, facta superuenientibus noceat, si contra eos per cedentem opponatur? dic qd' sic, textus est in l. 4. §. Sabinus, ff. titulo nostro. Alberic. in dicta Rubrica, colum. penulti. in princ. versi. item habet effectum. & Guid. Pap. conf. 124. Circa materiam, colum. fin. vers. nec sunt necessaria. Quod intelligit esse verum Salic. in d. l. i. col. 1. in fin. vers. secundum dubium est. quem sequitur Guid. Pap. in d. vers. nec sunt necessario. Si cedens horum superuenientium debitum in iud. fateatur. Adde tu, vel illi citati fuerint, & non comparuerint, alias non, quum illis non præiudicet, quorum debitum non agnouit, vt d. l. pen. nec illis, qui citati nou fuerint, vt per Areti. in d. §. fin. col. 3. in fin. vers. quæro, debitor vult cedere bonis, sub nu. 6. & dicemus infrà in 9. & 21. q. princ. Et illa prima cessio pro omnibus sufficere debet, sicut vna inuentarij confessio pro omnibus creditoribus etiam ex post facto comparentibus sufficit, l. fin. §. licentia, C. de iure delib. † Et prædicta intellige, nisi qui cessit bonis, de novo bona acquisiuisset: quia respectu illorum bonorum illis non præiudicet, quorum respectu cessio facta non fuit, secundum Salicet. ibi. Et prædicta vera sunt respectu creditorum, qui cessionis tempore creditores erant. Nam quo ad eos, qui bonis cessit, & nunc ad pinguiorem fortunam peruenit, non tenetur nisi in quantum facere potest, non autem respectu creditorum, quos post cessionem creauit. Illi enim bene poterunt eum insolidum conuenire. ita limitat singu. Ioan. Fab. quæ sequitur Ias. in d. §. fin. colum. 2. in princ. versi. limitate tamen hunc text. & ibi Aretin. in penult. col. vers. aduertas tamen ad id, nisi ipse iterū bonis

his cedat, quum possit etiam quo ad hos nouos  
 creditores, ad bonorum cessionem admitti, quia  
 actus est reiterabilis. ¶ Et prima cessio aduersus  
 nouos creditores, quod bona de novo quæ sita,  
 non proficit, ideo est admittenda, l. necnon. §. q.  
 eis, ff. ex quib. caus. maior. & ita tenet Sali. in d. l.  
 ex contractu, in fin. dicemus infra. in 9. q. princip.  
 ¶ Scias tamen, quod si post trium sententiarum  
 condemnationem debitum confiteretur, ad ces-  
 sionem non admitteretur, quia condemnato per  
 tres sententias, non datur beneficium cessionis  
 bonorum, nec beneficium capit. Odoard. extr. de  
 solutio. ut conclusit Rota in quadam causa Sené-  
 si, quam refert & sequitur Sarnen. in commento  
 reg. in compendio utriusque signaturæ, in fi. per  
 not. per Bald. in d. l. i. & per Aretin. & Ias. in d. §.  
 fin. de quibus suprà. Sed hæc conclusio dependet  
 ab his quæ suprà dicta fuerunt, ex quibus appa-  
 ret, hoc dictum non esse verum. & tanto magis,  
 quia hoc cessionis beneficium, contra & in exe-  
 cutione sententiæ datur, ut inquit Bald. in d. l. i.  
 vers. solu. aut non habuit iustam causam. & idem  
 firmat Salic. ibi in l. colum. vers. contrarium vi-  
 detur verius, dum dicit, quod istæ carcerationes  
 & intrusiones in executione sententiæ fiunt. Idem  
 Salicet. in l. cum & filij, colum. fin. vers. item attē-  
 de. C. tit. nostro dicens, quod in illo text. videtur  
 casus quo quis pro executione sententiæ carce-  
 rari possit, quamuis bona possideat, nisi bonis ce-  
 dat, nec refert quod à principio negauerit, & po-  
 stea conuictus & condemnatus fuerit, quia suffi-  
 cit ipsum esse condemnatum, vel quod in iud. de-  
 bitum fateatur, ut dicit tex. in d. l. pen. & Imol. in  
 d. c. Odoardus, in l. colum. in fin. vers. item nota,  
 quod exceptio. Lex enim illa alternatiuè, non au-

tem copulatiuè, loquitur: & sic sufficit in vno casu verificari, iuxta not. in reg. in alternatiis. de regu. iur. in 6. & sentit Roffred. in tracta. de offic. iud. quo cura. datur bon. col. 2. vers. est secundum necessarium. Nec illa lex distinguit, si iustum negandi causam habuit, vel non, ergo nec nos distinguere debemus, l. de precio, vbi gl. & Bart. ff.

**11** de publ. act. † Si ergo ad has intrusiones euitandas in executione sententiæ, debitor ad cessionis benef. admittitur, & hoc est, quia cessionis bonorum exceptio, executionis actum, & non obligationis substantiam respicit, vt declarat Imo. in d.

c. Odoardus, in primo not. ergo consideratio habenda non est, an tres fuerint latæ sententiæ, vel vna tantum, quæ in iudicatum transfuerit, quum vna sit sententia quæ in rem iudicatam transiuit,

**12** & † quæ executionem meretur, & à qua appellari non potest, vt plenè scribit Iaf. in rubr. ff. de re iud. col. 2. in fin. vers. In secunda parte glo. tribus æquiparetur, à quibus appellare non licet. l. i. & ibi Doct. C. ne liceat tertio prouo. quod est verū, etiam quando sententia post appellationis tem-

pus in rem iudicatam transfire non solet, secundum glo. in c. fraternitatis. in verb. fornicatio. extr. de frigi. & malefi. Ant. de Butrig. Imol. & Panorm. in c. lator, & in c. tenor, extr. de re iudic. ergo nedum in executione vnius sententiæ, sed etiam trium cedere poterit, quum eadem ratio in una militet, quæ militat in tribus: & vbi eadem ratio militat tam in uno quam in altero, vna & eadem ratio omnes illos casus decidit, non per extensionem, sed sicut genus omnes suas species,

† sic generalis ratio diuersas casuum emergentium species comprehendit: ideo expresso uno casu, veniunt omnes, in quibus eadem ratio viget, secundum

Secundum Baldum.in l. de quibus, ff. de legibus. quod dictum pro eleganti refert & sequitur Paulus de Castr. cons. 441. pro declaracione eius, colum. fin. versi. sed quando est alius casus, voluit in nouis, & consi. 83. praesens casus, colum. 2. versicu. constat autem, quod quando, volum. 2. in nouis, de quo mentionem facit Aym. consi. 183. regula. num. 3. vers. alibi scribit, volum. 1. & ante eos idem voluerunt Petr. & Cyn. in l. iura non in singulas, ff. de legibus. quod refert Tyraquel. in tractat. cessan. causa. in 1. part. supr. num. 137. versicu. nam vbi est omnimoda ratio. cum alijs concordant. ibi per eum citatis, & sequitur Dec. in c. 2: re quiris. post princ. de appell. Non enim curandum est de casuum diuersitate, dummodò in omnibus casibus eadem sit ratio, glo. in l. sed si lege, §. item si rem distraxerit, ff. de petitio. hæredi. quia casus diuersificare non sufficit, nisi diuersitatis ratio reddatur Aymo consi. 190. quod in praesenti, colum. 1. num. 2. volum. 1. Sed in casu praedicto nulla diuersitatis ratio reddi potest, ergo eadem ratio est in execut. trium sententiarum habenda, quæ in executione vnius habetur, à qua appellari nō potest, & sic concludo debitorem tam per vnam sententiam condemnatum, quæ in rem iudicata transiuit, & executionem meretur, quam per tres ad cessionis refugium admitti debere: Quod verum esse probatur per not. per Imol. in l. si filiofa mil. la. 2. in 2. colum. in princ. versic. sed aduerte. ff. solut. matr. quem Aret. sequitur in d. §. fin. col. 2 versi. sed opin. Bart. vbi concludit, quod eo ipso quod de debito per iudiciale confessione constat, vel etiam per sententiam, quæ in rem iudicata transiuit, si deb. infra tempora iudicatis concefa non soluat, vt l. debitorib. ff. de re iudi. pro debito

bito capi & carcerari possit, nisi bonis cedat, etiam si bona mobilia ad debitum sufficientia habeant: & sic non obstante re iudicata, in cuius executione carceratus fuit, bonis cedere potest, & auditur, ita in executione trium sententiarum concludendum est, &c. ita sentire videtur Ioan. Fert. in Pract. Papie. in for. execut. sent. diffi. in glo. i. col. penult. vers. pro cuius latiori doctrina vbi inquit, quod in casibus, in quibus cessio bonorum admittitur, omni & quocunq; tempore fieri potest, ergo etiam post tres sententias.

## SUMMARIUM.

- 1 Cessio bonorum quid operetur, & ad quid proficit.
- 2 Debitor pro ciuili debito carcerari non potest, nisi primò sit condemnatus.  
Debitor si non cedit bonis, in carcere priuato detineri non potest, in publico sic. eod.
- 3 Statutum, quod quis in carcere publico detineri possit, valet, non autem in priuato.
- 4 Statutum quamvis disponat, quod instrumēta garniti gressu per debitorum carcerationem, & omni modo quo creditor placuerit, executioni mandetur, debitor tamen bonis cedere poterit, ne in carcerem detrudatur.
- 5 Cedens bonis, si ad pinguorem fortunam peruenit, conuenitur tantum in id quod facere potest pro eo, in quo debitor post cessionem remansit.
- 6 Cedens vii uperosè bonis, etiam si ad pinguorem fortunam perueniat, à debito liberatur.  
Clericus, vel Doctor, aut scholaris, vel miles, breuiarium, aut libros necessarios, vel arma post cessionem

*nem acquirentes, creditoribus dare non compellū-tur.*

*Debitor qui bonis cestit, nec capi, nec carcerari po-test, eod.*

7 *Corpus defuncti creditoris, ad debitoris instantiam sequestrari non potest.*

*Vsurarius manifestus in terra sacra sepeliri non po-test, secūs in profana, ibid.*

8 *Debitor an in omnibus suis bonis cedere debeat, ita quod nudus remaneat? & nu. 9.*

*Vestes viles cedenti bonis relaxantur, sicut ad vlti-mum supplicium damnatis relaxantur, eod.*

*Alimenta an etiam ei relaxentur. ibid.*

10 *Clericus de patrimonio nihil habens, admittitur cedens fructibus beneficij, deducto eo quod pro diuinorum administratione sufficiat.*

11 *Clericus ad similitudinem militis priuilegium habet, vt non conueniatur vltra quam facere pos-fit.*

12 *Dispositio l. i. C. de iur. & facti ignoran. quid con-tineat.*

*Clericus iura ignorare non presumitur, eod.*

*Turpitudinem suam quis allegare non potest, eodem.*

*Aduocatus militare dicitur. ibid.*

13 *Clericus pro repressalijs concessis capi non potest, etiam si fit coniugatus.*

14 *Clericus actione reali conuentus, an benefic. gau-deat, quod non conueniatur vltra quam facere pos-fit.*

*Maritus rei vendicatione ex causa dotis non prae-*



- cedente conuentus, beneficio non gaudat, ne conueniatur vltra quam facere possit, ibid.*
- 15** *Clericus mercator, fori beneficium & immunitates alijs clericis concessas perdit.*
- 16** *Clericus debens beneficij pensionem, quod possidet, non gaudet beneficio, vt non conueniatur vltra quam facere possit.*  
*Scienti & volenti non fit fraus neque iniuria, ibidem.*
- Iuramentum per ipsum iurantem in forma specifica impleri debet.*
- 17** *Clericus quamvis pro civili debito capi non possit, fugiens tamen per creditorem capi potest.*  
*Clericus obligatus occasione depositi, per creditorem laicum capi potest. ibid.*  
*Clericus pro periurio capi & carcerari potest, non tamen bonis cedere poterit, eod.*
- 18** *Cedens bonis bona per testatorem alienari prohibita retinere potest. item usumfructum, feudum, & emphyteusim Ecclesiasticam quam possidet, sed earum commoditates pro creditoribus pro eorum credito dantur.*
- 19** *Cessio bonorum soluit compromissum.*  
*Cessio bonorum non coram arbitratore, sed coram arbitro locum habet, eod.*

*Quid operetur bonorum  
cessio.*

*Quæstio III. Principalis:*

*Tertio*

**T**ertiò principaliter quæro, t̄ quid operetur bonorum cessio, & ad quid profit? Respon. operatur, quod debitor ad inopiam conuersus, volens cedere bonis, in carcere non detrudetur, l. i. & ibi Bartol. Bald. Angel. Salicet. & Paul. de Castr. C. titu. nostro. Bart. in Rubr. ff. eo. Alberic. in Rubr. C. eod. tit. colum. 2. in fin. verbo, item quæritur, quid sit beneficium cessionis. & Abbas in c. Odoardus, volumine 2. versicul. & prodest hæc cessio, nume. 8. extrà, de solutionib. Et est t̄ ratio, quia quis pro ciuili debito in carcere rem poni non potest, nisi primò condemnatus sit, dicta l. i. à quo carcere cedendo bonis liberatur, vt ibi. Si verò bonis non cessit, in carcere priuato detineri non potest, l. ob æs, & authenti. immò. ibi posita, C. de actionib. & obligationib. sed in carcere publico sic, l. 3. §. penult. & ibi Barto. & Bald. ff. de suspect. tutorib. sequitur Aretin. in §. fin. versic. si verò est maior. Institut. de actio. Et idèò t̄ valet statutum, quo quis in carcere publico detineatur, non autem in priuatis carceribus secundùm Baldum in dicta l. i. colum. 2. in princip. versicu. modò quæritur, in gloss. & prædicta instantiū sunt vera, quod etiam si disponeret statutum, t̄ quod instrumenta guarentigiata per debitorem carcerationum, & omni quo creditori placuerit, modò executioni mandentur, nihilominus debitor bonis cedere poterit, ne in carcere detrudatur. idem Baldus in dicta l. i. colum. 2. in princip. versicul. quæro, si statutum dicit. quem refert & sequitur Ancharan. in repetit. c. canonum statuta, columna 18. in sexto principali quæsto, versicu. pone exemplum, quum statutum dicit, extr. de constitutionib. Sed in hoc contrarium tenet Ang. in l. nemo carcere,

in ultim. fol. Cod. de exact. tribu. libr. 10. & in l. a-  
lia, §. eleganter, in fin. ff. solut. matrimon. vbi Pau-  
lus de Castr. refert, contrarium vidisse seruari  
Florentiæ, & quod de dicto Bald. trufantur, & i-  
dem Angel. in l. 4. in fin. ff. titu. nostro. quam op-  
inionem inquit veriorem Alexand. ista apostil. ad  
Bald. in d. versic. quæro si statutum. Sed pro con-  
cordia dicas, Baldum optime loqui, vbi simplici-  
ter disponit statutum, quod instrumenta per car-  
cerem vel alio modo executioni mandentur: se-  
cùs, si plus ultrà disponeret statutum, videlicet  
quod carcerati non relaxantur quoisque solue-  
rint, vel quod obligati per instrumenta guarenti-  
giata, ponantur in carceribus, de quibus exire  
non possint, nisi soluant, prout loquitur Angel.  
& Paul. de Castr., & tunc carcerati bonis ceden-  
do non audientur, & ita consuluit Corne. consi.  
212. placet, volum. 2. Idem dicendum est, si statu-  
tum disponeret, quod personaliter obligatus ca-  
pi possit, & in palatio detineatur, vel in carcere,  
donec de suis bonis tenutam legitimam, suffici-  
entem, tantiæ valoris, ac tertiae partis pluris  
pro legitimis expensis assignauerit, iuxta statu-  
tum nostrum Ariminense. sub Rubr. quod quicun-  
que obligauerit ad detinendum personaliter,  
&c. nisi aliter per aliud statutum disponatur. vt  
in alio nostro statuto, sub Rubric. de cessione bo-  
norum. vbi disponitur, quod in casibus à iure  
permisissis, quilibet debitor bonis cedere valeat,  
etiam si cum iuramento se obligasset, posset per-  
sonaliter detineri, non obstante etiam si cum iu-  
ramento cessionis beneficio renunciatum fue-  
rit. Item operatur, quod in eo, in quo ultra bo-  
na cesta remanserit debitor, si posteà ad pinguio-  
rem fortunam peruenit, conueniri posteà non  
pote-

poterit, nisi in quantum facere potest, l. 4. in prin-  
cip. ff. titul. nostro, & l. ex contractu, cum ibi not.  
per gloss. & Doctores, C. de bon. author. ind. pos-  
fid. & sic deducto, ne egeat, alioquin nullum es-  
set priuilegium, l. in condemnatione, & ibi glos.  
ff. de regulis iuris, & gloss. & Doctores in l. iunt  
qui in id. ff. de re iudic. Azo in summa. titulo no-  
stro, versicu. est autem remedium cessionis. Ros-  
fred. in tracta. libell. in Rubric. de offic. iudic. de  
quo curat. datur bon. column. i. in fine, versicul.  
Est & aliud beneficium. Salicet. & communiter  
Doctores in dicta l. i. colum. 2. in prin. vers. oppo.  
quarto, & in dicta l. ex contractu, & Doct. in §. fi-  
na. Institut. de actio. † Nisi vituperosè bonis ces-  
sisset secundùm formam statutorum, nates super  
lapidem percutiendo, vt dicemus infrà in 6. que-  
stio. principal. Nam tunc à debito liberatur, si  
ad pinguiorem fortunam peruererit, secundùm  
gloss. in c. sicut dignum. §. hi quoque. in verbo, si  
habent, in fin. extr. de homicid. quam sequitur  
Guid. Pap. in decis. 343. cedens bonis. Ideò in ali-  
quibus locis de consuetudine seruatur, & extat  
statutum nostrum Ariminен. sub Rubr. de debi-  
toribus, ne currant faciliter ad beneficium cesso-  
nis, quòd cedens antequam ad cessionis benefi-  
cium admittitur, coram officiali creditoribus  
satisfacere promittit, sed ad pinguiorem fortu-  
nam peruererit. & est bona cautela pro indem-  
nitatis creditorum conseruatione. † Prædicta ta-  
men in clericis, post cessionem breuiarium ac-  
quirente, non procedunt, vel in Doctore, aut  
scholari, libros sibi necessarios, aut in milite ar-  
ma atqurente, quia talia bona creditoribus da-  
re non compelluntur, vt nostra gloss. in l. nepos  
Proculo, ff. de verb. signi. Bal. in rubr. C. titu. no-

stro,Cyn.& Salic.in d.l.in vlt.colum.13.q. sequi-  
tur Aret.in d.§.fin.col. pen. vers. aduertas tamen  
& istud.& ibi lsf.in 2.col.vers.3.limitate.& in §.  
item Seruiana,col.9. vers. per ista etiam dicit An-  
ge.nu.64. Inst.de act. Item operatur hæc bonorū  
cessio,quod is qui bonis cessit, realiter nec cita-  
ri,nec carcerari potest , quia liber ire debet quo  
vult,vt not.glo.& sequitur Imol.in c.lator, extr.  
de pign.& Marian,Socin.in tract.de cita.art.5.in  
17.fall.num.40.pertex.in d.l.i.C.tit.nostro. Ope-  
ratur etiam hæc bonorum celsio , vt creditores  
venditionis remedio earum indemniti consu-  
lant,quatenus debitoris substantia patiatur , ex-  
cussio debitore vsque ad vltimum quadrantem,  
& vsque ad subligar,vt inquit Azo in summa.tit.  
nostro.vers.effectus autem cessionis.† Quid autē

**8** si bonis non cessit , sed creditoribus nondū satis-  
factis,decessit debitor,an creditores petere pos-  
sint defuncti debitoris corpus sequestrari, ne se-  
peliantur donec de debito satisfacti fuerint? Spe-  
cul.in §.in quibus verb. Octauò,quando res dila-  
tionem non capit. titu.de appellatione tenet,nō  
audiri creditorem appellantem, ne defuncti cor-  
pus sepeliantur , quia est res dilationem non reci-  
piens:ergo sequitur, quòd tale corpus sequestra-  
ri non potest. Interest enim Reipublicæ,quod de  
functorum corpora insepulta non remaneant  
pro ciuitate conseruanda à pestilentia, quam fœ-  
tores inducunt , vt docet experientia rerum  
magistra :quin immò creditores id petentes, ho-  
die in confiscatione tertiae partis bonorum pu-  
niuntur,cedunt ab actione, & tantundem defun-  
cti hæredibus erogare tenentur , & efficiuntur  
infames,vt pulchrè declarat Ripa,in tractatu de  
peste,in i.remedio præseruatio. num. 101. versic.

& pri-

& primò quæro. & in l. obligatione , colum. 6. in fin. num. 34. versi. viso de libero homine, ff. de pignor. per textum in l. cum sit iniustum, & authent. sequent. C. de sepulchr. violat. Quòd tamen restringitur secundùm Aug. in authent. vt defunct. seu funer. eorum. in prin. si ex forma statutorum instrumenta confessionata debent ad voluntatem creditoris, instrumentum confessionatum præsentantis , executioni demandari. hoc enim casu, mortuo debitore , poterit creditor iudicis authoritate sequestrari facere, & corpus sui debitoris mortuum retineri , ne sepeliatur quo usque de debito sibi satisfiat, quod dictum refert & sequitur Marfil. in l. fin. colum. penult. num. 63. versicu. item adde etiam prædictis , ff. de quæstionibus, & in singu. 196. in iure expressum. Feli. tamen in c. sicut Iudæi. il. 1. in 2. col. in prin. versi. vnde dixit Specu. extr. de Iudæ. non credit, hoc dictum de æquitate procedere, nisi oppone- retur usurario manifesto , vt est text. in c. quamquam, de usur. libr. 6. & not. Angel. vbi suprà, in ver. no. hic casum pro usurario , qui quamuis in terra sacra sepeliri non possit. vt ibi , non tamen prohiberi poterit, ne in terra profana sepeliri debeat, quia Reipubl. interest, ne etiam anathematizatorum corpora insepulta iaceant, vt per Ripam vbi suprà, num. 102. versic. qua poena non plectuntur. Quinimmò Thom. Grammat. in de- cis. 82. incidit sermo. damnat illud dictum Ange, & refert credores id petentes, semper fuisse in magna curia expulsos, & idem quod suprà tenet Firmian. in tractat. de Episcop. in 3. part. quarti libri, in 13. quæstio. versicu. accessoriè hoc infero numer. 24. quamuis contra quamplura defunctorum corpora viderim in patria mea ob-

tentum, etiam nullo extante statuto, & malè per  
 prædicta. An autem quod suprà dictum est, sit  
 verum, quòd debitor omnibus suis bonis cedere  
 debeat, ita quòd nudus remaneat, t̄ videtur di-  
 cendum quòd sic, l. cum & filij, Cod. titu. nostro,  
 gloss. i. in l. qui bonis, & gloss. fina. in l. penultim.  
 ff. eodem, tenet Cyn. in l. i. C. eod. quem refert &  
 sequitur Alberic. in dicta Rubr. colum. 2. in prin-  
 cip. versicu. item quæritur quibus bonis. & Bald.  
 in dicto §. fin. colum. 2. in fine. versicul. quæritur  
 quibus bonis. Institutio. de actionib. Alibi dixit  
 gloss. in l. fin. §. fin. in vltim. gloss. ff. quæ in fraud.  
 credit. quòd cedenti bonis vsque ad sacculum &  
peram auferri debet, & nihil sibi relinqu, nec e-  
 tiam vnuſ minimus denarius, vt voluit gloss. in  
 dicta l. penultim. Contrarium tamen determinat  
 Bartol. in d. l. penult. Alber. & Bald. vbi suprà. &  
 Cyn. & Salicet. in d. l. i. colum. 2. versicul. Quæro  
 secundò, an omnia bona. dicentes quòd saltē  
 viles vestes ei relaxantur, quum illæ etiam ad  
 supplicium damnati relaxentur, vt l. diuus. ff. de  
 bon. damnat. & ita tenet Angel. in dicta l. cum &  
 & filij, & in l. si laborante, §. cum in eadem, in fin.  
 ff. ad legem Rhod. de iactu. & ita communiter in  
 prætice seruat, secundūm Alberi. vbi suprà,  
 & ita communiter teneri attestatur Imol. in d. c.  
 Odoardus, colum. 2. in princ. versic. sed in primo  
 casu, num. 14. & sequuntur Ioan. Fabri, Aretin. &  
 Iaf. in d. §. fin. & ista opinio æquitate nititur secū  
 dum Salic. in d. versicu. quæro secundò. Canonistæ  
 etiam tenent, quòd alimenta sunt sibi relin-  
 quenda, vt not. in d. c. Odoardus, vbi Panorm. &  
 Imol. in d. versic. sed in primo casu, & Doct. in c.  
 studeat. so. distinct. Quod est verum, dixit Alb. in  
 d. Rub. in 2. col. versic. Canonistæ etiam, nume. 5.  
 de iure

de iure ciuili in bonis post cessionem quæsitis, in  
 quibus non est fraudandus alimentis quotidia-  
 nis, vt est text. in d.l. qui bonis. ff. titu. nostro. quæ  
 lex est nota. in hac materia. Dixit tamē collecta.  
 in d.c. Odoardus. vidisse in Curia Romana ser-  
 uari, quod clericus nihil de patrimonio habens,  
 admittitur cedens fructibus beneficij, deducto  
 eo quod pro diuinorum administr. sufficit, & il-  
 lum refert Imol. ibi in vltim. colum. versicu. vi-  
 timò hic potest opponi. & Caccialup. in tracta.  
 de pensi. quæst. ii. in vlt. colum. versicu. & Colle-  
 ctarius in c. Odoardus. de quo etiam per Gigan.  
 in suo tract. de pensio. quæst. 39. nume. 4. Et est ra-  
 tio, quia clericus priuilegium habet, † ut nō con-  
 ueniatur, vltrà quām facere possit ad instar mili-  
 tis armatæ milit. vt dicit gloss. ordin. & commu-  
 niter approbata in l. miles. vbi Bartol. Alexan. &  
 Ias. post alios. ff. de re iudic. Gemin. & Perusi. in c.  
 si propter. in prin. 2. no. de rescript. in 6. & Staph.  
 in tract. de literis gratiæ. & iusti. fol. 154. vers. pre-  
 tereà hoc est priuilegium. in primo impressis. &  
 ita reperio decisum fuisse in Capell. Tolosa. in  
 decisio. 245. Item fuit quæsitum: aliquis presby-  
 ter. & ibi diffusè per Euffre. in addit. & per eundem  
 in addit. ad decisi. 213. Item fuit traditus li-  
 bellus, vbi de communi opin. attestatur & tenet  
 Nicol. Euerard. in tract. de modo arguen. in 22.  
 argu. locus à milite arma mili. ad mili. cœle. mi-  
 li. in prin. litera f & a. quamuis contrarium tene-  
 re videatur Matthæf. & malè in sing. 62. not. quod  
 clerici quem sequitur Ias. in l. i. col. 2. in princip.  
 vers. quid. autem. C. de iur. & fact. igno. † Sed il-  
 lud procedit in casu, d. l. i. non autem in casu no-  
 stro. Nam dispositio illius l. est diuersa à casu no-  
 stro. casus enim illius legis, priuilegium conti-

10

11

12

net contra ius commune, ergò non est extendendum, l. si verò §. de viro. ff. solu. matr. & ratio est, quare in d. l. i. ad milites cœlestis militiæ non fit extensio, quia ibi illud est priuilegium propter simplicitatem militarem, iuxta l. fina. in princip. C. de iure delibe. sed ista simplicitas non cadit in milite cœlestis militiæ, qum ille iura ignorare non præsumatur, l. repetita. cum gloss. C. de Episcopo. & cleric. tradit. Alexand. in d. l. miles. colum. fina. in princip. versicu. fallit in priuilegijs. Aretin. in §. appellantur, colum 3. versicu. Quæro an d. l. i. Instit. de exception. & Euerar. in d. 22. argu. ante fin. litera A. il. 2. Si enim clericus se ius ignoscere diceret, turpitudinem suam allegaret. fac. text. in l. 2. Seruius Sulpitius. ff. de origin. iur. quam allegare non potest, c. inter dilectos, vbi gloss. & Doct. extr. de donation. & latè per Iasonem in l. iusurandum. §. procurator, col. 6. cum tribus sequentib. ff. de iureiur. Sed in d. l. miles. tale priuilegium ob publicam vtilitatem & honestatem datur, ergò ad militem cœlestis militiæ extenditur, & aduocatum, qui etiam militare dicuntur, l. fori. & l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. quia in eis eadem honestas viget. & ita communiter tenent Doct. Iaco. Butr. Cyn. Bald. Salicet. & alij in d. l. i. & ita tenendum est, quia est optima ratio, & idem firmat Feli. in §. cùm ex officijs, colum. i. versicu. similiter. Pet. de Anch. ext. de præscr. reprobando dictum Matthæf. & comprobat Marian. Socin. in tracta. de citatio. in s. artic. quæst. 17. in 14. fallen. Vbi etiam addit quod pro repressalijs concessis capi non potest secundum Bar. in tract. repressalia. 7. q. princ. versic. ad quintum. tñisi sit coniugatus, vt ibi per eum. Immo dic, quod etiam coniugatus capi nō possit, vt ele-

eleganter decidit Lapus in alleg. 118. Quæritur, col. 1. & 2. maximè, quandò clericus esset cum v-nica & virgine coniugatus, & in habitu & tonsura incederet, iuxta tex. in c. 1. de cleri. coniuga. in 6. Et propterea Domini de Rota solent, quâdò agitur, vt rei iudicatæ pareatur, quoad fructus & expensas, si beneficium d.c. Odoard. opponitur, annuatim assignare de fructib. cuicunq; clericis quantumcunq; infimo, pro viœtu & vestitu duca-tos 24. auri de camera. & si quid ultra habeat, vi-ctori usque ad integrum satisfactionem consig-nare, nisi cōdemnatus esset miles, Doct. vel alias qualificatus, cui ex arbitrio augent personæ qua-litatem. & patriæ, ubi habitat, habita fertilitatis consideratione, vt refert Cassad. in decis. 6. Fir-ma est propositio, col. nm. 4. in prin. vers. sed quo-modò consideratur, nume. 6. in Rubric. de appell. quòd tamen non procederet in clero, qui a-etiōne reali conueniretur, † quia eo casu tali be-neficio non gauderet, prout eò similiter non gau-det maritus, si rei vendicatione conuenitur, nam tunc ut quilibet possessor conuenitur, ideo dictū beneficium non habet, maximè si rei vendicatio-ne ex causa dotis non procedente conuenitur, secundum Aret. in §. Item si de dote, col. 1. vers. in ea. gl. in fin. Inst. de act. quod est notandum ad in-tellectum d.c. Odoardus. de quo tamen dicemus infr. in 20. q. 4. q. princ. in 1. casu. † Idem in clero 15 mercatore, & se in negotijs secularibus immis-cente dicimus, qui perdit fori priuilegium & immunitates alijs clericis concessas, ut latè scri-pserunt Mod. Anchor. in tracta. de mercatu. in 3. par. in prin. nu. 4. cum multis seq. & pulchrè per Guid. Pap. in decis. 196. Nobiles. † Similiter in clero pensionis debitore non procedit, quâdò ipse

ipse eius impositioni personaliter consensisset, nam tali casu, ex quo in eius consensu iuramentum inest, & in forma cameræ obligatur, haud honestum esset, postquam beneficium habet, ad cuius regressum ob non solutionem se obligauit, quod exceptione d. c. Odoardus, vel alia simili iuuetur. potius enim beneficium quod accepit, dimittere et restituere debet, quam opinionē soluendo, iuuari beneficio dicti c. Odoardus. non enim concedens, est retinere beneficium, & pensionem non soluere, alioquin ei peierandi occasio daretur, nec isto casu illi fieret iniuria, si ei auxilium, d. c. Odoardus. denegaretur: quia scienti & volenti non fit fraus neque iniuria, reg. scienti. de reg. iur. in 6. & quia iuramentum personale est. per ipsum iurantem in forma specifica impleri debet, c. debitores. & c. ad nostrā. extr. de iureiu. alioquin cēsuras & pœnas, de quibus in reseruatione pensionis habetur, incurrit. Quū ergo pensionis debitor non habeat vnde pensionem soluere possit, ad beneficium, d. c. Odoard⁹. admitti non debet, sed ob non solutionem dictæ pensionis, beneficio priuatur, vt voluit Sarnen. in commento reg. cancel. in regul. de annali poss. q. 54. & in compendio viriusque signaturę, col. fi. nu. 80. ver. est tamen vnum. Ex quo vt plurimū in pensionis assignatione beneficiatus illam infra certum terminum, sub excommuni. pœna. successivæ priuationis beneficij soluere promittit: & ita obseruat Rota, vt refert Caffad. in dec. 2. Aperi-  
tissim iuris, colum. 1. num. 3. de loca. <sup>†</sup> Sed mirabile videtur, quod clericus quamvis priuilegium habeat, vt pro ciuili debito non teneatur, nisi in quantum facere potest, à iudice pro eodem debitore aliter citari non possit, & nihilominus illum

fugi-

fugientem pars realiter citari possit, etiam propria authoritate ipsum capiendo, ut traditur in c. cum non ab homine. vbi Abb. in 4. col. in fi. versic. quoad secundum. nu. 17. extr. de iud. Ego vero arbitror illud, quod de clero fugiente dicitur, habere locum respectu delicti, vel etiam si cum pecunia creditoris aufugeret : quia videtur, quod tunc etiam laico licitum sit realiter citare, & ipsum capere, vt singulariter dixit Imol. in c. vt fam. de senten. excommun. quem refert, & sequitur Marsil. in singul. 43. Debitor. & tenet Imol. in c. lator. quod legit cum c. i. colum. 3. versic. item fallit. de debitore fugiendo. extr. de pignor. vbi ita communiter teneri attestatur, subdit tamen quod ad iudicem Ecclesiasticum duci debet, late per Marian. Socin. in d. c. cum non ab homine. super i. gloss. in i. membro. & latius in c. peruenit. in ii. princip. artic. per quatuor membra principalia, maximè in secundo & quarto de sentent. excomm. Sed extra crimen & quando cum creditoris pecunia non aufugeret, non video quod pars ullo modo eum etiam fugientem capere posset, nisi occasione depositi ex contractu debitor esset, vt tradit Matthæf. in singul. 60, not. quod clerici. & ibi late per Mod. in addi. Ias. in l. si fideiussor. si satisdatum. colum. i. in i. not. in fine. ff. qui satisd. cog. & Afflict. in decis. 24. Quidam clericus. colum. i. in fi. num. 3. & nisi debitum esse iuratum. Nam tunc pro periurio carcerari posset, secundum Afflict. in constit. Regni. incipien. Si quis clericus. sub Rubric. de cleric. conueni. in 6. not. Quia periurium est graue in clero, & ipse carcerari potest, vt legitur & no. per Peru. in c. si clericos. de senten. excomm. in 9. Non tamen poterit ipse periurus cedere bonis,

ex quo cessionis beneficium non habet, vt in *c.*  
 peruenit. ext. de fideiuss. Ant. de But. in d.c. Odo-  
 ardus. & per Vitalem tract. clausula. in Rubr.  
 an poss. renunc. cess. bonor. col. 9. versi. Adde hic,  
 quod per iurus, quamvis Bald. in l. fin. versi. item  
 pone. iuro. C. de non nume. pecu. teneat, quod de-  
 bitor quamvis iurauerit infra certum terminum  
 soluere, & non soluerit, & bonis cedat, non per  
 hoc dicatur propter cessionem per iurus. Item  
 bonorum cessio prodest, quia cedens bona, per  
 testatorem alienari prohibita, retinere poterit,  
 18 † item usumfructum, feudum, & emphyteusim  
 Ecclesiasticam quam possidebat, sed earum com-  
 munitates creditoribus in eorum satisfactione  
 conceduntur, argum. l. necessariò. §. fina. ff. de pe-  
 ric. & commod. rei vendi, & eorum quæ not. per  
 Docto. & præcipue per Alexand. in l. si finita. §. si  
 de vectigalibus, colum. 7. in princip. nume. 17. ff.  
 de damn. infect. & consil. 19. super eod. colum. pe-  
 nul. versic. casum nostrum. num. 16. colum. 5. Ant.  
 Rube. consil. 164. circa primum, colum. fina. in  
 princip. versic. pro resolutione, & Ruin. consil.  
 176. primò quæritur, colum. 2. & fin. vol. 1. & Bal.  
 in l. 1. col. 3. in princ. ver. quæro, nunquid ille qui  
 cedit. & ibi Salic. in 2. col. ad fin. versic. Sed dubi-  
 tatur, quid si possideat. C. tit. nostro. sequitur Ias.  
 in d. §. colum. penul. in fin. versi. Quid autem si in  
 cessione bonorum. Institut. de actio. Et est ratio,  
 quia quæ plenè acquiri non possunt, quoad com-  
 moditatem acquirunt, d. l. necessariò. §. fina. & l.  
 final. C. de usufruct. Bald. in l. cum oportet, co-  
 lum. 4. in fin. versicul. quæstio est de feudo. C. de  
 bon. quæ libe. † Postremò bonorum cessio ope-  
 ratur, quod compromissum soluit, vt l. item si v-  
 nus. in princip. & ibi Bald. ff. de arbitr. per quam  
 legem.

I legem dicit Bal. in l. fina. in princ. vers. quid si inter par es. C. communia. de legat. quod bonorum cessio coram arbitratore locum non habet, sed coram arbitro tantum.

## SUMMARIUM.

- 1 *Quis possit cedere bonis.*
- 2 *Pater & filius possunt cedere bonis, etiam, quod filius habeat vel non habeat castrense peculium, vel quasi castrense, vel aduentitium, vel profectitium. Peculium legari potest ei, qui in peculio nihil habet, eo.*
- 3 *Pater male administrata Repub. vel alia causa cedens bonis, filiis emancipatis in bonis per eos quasiatis, etiam ex donatione eis per patrem facta, non praejudicat.*  
*Nec praejudicat in donatione facta filiis in potestate constitutis propter eorum merita, maximè antequam per patrem debita contracta fuissent. ibid.*
- 4 *Executio in bonis filij condemnati, in quibus pater habet usumfructum, etiam durante patria potestate, & etiam in persona fieri potest, si bonis non cedit.*  
*Executio in bonis profectitij filij, durante patria potestate, an fieri possit, eod.*  
*Filius delinquendo patri praejudicare non potest, sed contrahendo sic, ibid.*
- 5 *Damnatus pro crimine, non cedit bonis, sed luit in corpus, ne delicta impunita remaneant.*  
*Mulcta si ob paupertatem delinquenti remittitur, absque eo quod luat in corpus, si ad pinguiorem*

*rem fortunam peruerterit, non vexabitur aliter,  
eod.*

6 *Seruus aut monachus si condemnati fuerunt, ex  
sententia non obligantur, nec executionem quæ fit  
in causa iudicati, patiuntur.*

*Monachus non potest cedere bonis, & quando hoc  
non procedat, eo.*

7 *Filius fam mercator ad carceres euitandos, qua  
cautela vti debeat.*

8 *Filius fam. debitor si emancipatus, vel sui iuris ef-  
fectus est, beneficio gaudet, vt nō conueniatur, nisi  
in id quod facere potest, etiam si creditor in maio-  
ri paupertate constitutus esset, nisi decoxisset, &  
in decoctione fraudem & dolum commisisset.*

*Quis possit cedere bonis.*

*Quæstio I III. in princip.*

1 **Q**uartò principaliter quærō, † quis possit  
cedere bonis. Aret. in §. sunt præterea, col.  
fin. vers. not. quod cuilibet. Insti. de actio.  
& Ias. in §. fi. col. 2. in §. fi. col. 2. in fi. vers. ext. glo.  
2 eod. titu. dicunt, † quod cuilibet debitori benefi-  
cium à lege indultu est, vt bonis cedere possit, vt  
cedendo carceres aufugiat, tu ergo dic, quòd nō  
tantum pater, sed etiam filius fa. bonis cedere po-  
test, siue habeat, vel non habeat peculiū castrren-  
se, vel quasi castrense, vel aduentitium, vel pro-  
fectitium. nam & patrifamil. qui nihil habet, ad-  
mittitur cessio, ne iniuriam patiatur, quia bona  
in futurum habere poterit, l. penul. C. tit. nostro.  
fac. tex. in l. quæ situm. in princ. ff. de pecu. secun-  
dūm

dum Azo. in summa. C. titu. nostro. prout ei, qui  
 in peculio nihil habet, peculum legari potest,  
 & legatum propter spem querendi valet. ei quo  
 que. ff. de pecul. legat. Alberic. in d. l. pen. & id-  
 eo debitor qui in bonis nihil habet, ratione spei  
 bonis cedere potest, quum bona acquirere pos-  
 sit secundum gloss. in d. l. penult. in verbo, & si  
 nihil, quam ibi sequitur Bald. & Salice. in prin-  
 ci. & si bonis cesserit pater, ex eo quod male Ré-  
 publicam administrauerit, vel alia ex causa, fi-  
 lijs emancipatis in bonis per eos quæsitis non  
 præiudicat. l. si pater. vbi Barto. Bald. Ang. Salic.  
 & Paul. de Castr. C. eodē. † & ideo filij sui iuris  
 bona sibi à patre donata aduersus patris credi-  
 tòres defendere poterunt, nisi donatio in frau-  
 dem creditorum facta fuisset, quæ præsumere-  
 tur, si post contracta debita, vel paulò ante do-  
 nauerit eis, vel nisi in fraudem creditorum e-  
 mancipatio facta fuisset, quæ non valet, ita Bal-  
 dus & Salic. ibi in princip. & quod in donatione  
 filijs facta dictum est, idem dicas in donatione  
 facta filijs in potestate constitutis, tanquam ex-  
 traneis propter eorum merita, & antequam per  
 patrem debita contraherentur, vt determinat  
 Bald. ibi. Quem etiam sequitur Salicet. ibidem.  
 An autem merita præcessisse prælumantur, vel  
 per filios probari debeant: quia ad materiam no-  
 stram non attinet, remitto me ad not. per Barto-  
 lum, Alexandrum, Iaso. & DD. in l. si donatione.  
 C. de collation. & ad Deci. consil. 20. in causa i-  
 storum fratum. quem refert & sequitur Ripa  
 in primo responso. incipi. pestiferatus. in fin. in  
 titu. de donat. causa mortis. & ad ea quæ dixi in  
 causa fratum de Capellis. consil. III. pro ref. du-  
 biorum in 1. & 3. colum. † Si vero filius fam. con-

de m̄natus fuerit, durante patria potestate, execu-  
tio fieri poterit in illis bonis, quæ habet, eti-  
am si pater in illis vsumfructum habeat nō ob-  
stante quòd illa sine patris licentia voluntaria  
alienari non possint, vt in l.fin. §. filijs autem.C.  
de bon. quæ lib.secùs, si ex necessaria causa fie-  
ret alienatio, vt not.in d.l.pen.per Bald.Salic.&  
Paul.de Castr.in princip.Executio igitur ob de-  
bitum filij, in eius peculio fieri poterit, & filius  
ipse tale debitum de peculio soluere poterit,  
quamuis peculij proprietas sit patris, vt voluit  
Bald.in l.si filiofamil.la.z.in princip.ff.solu.ma-  
trim.& non solum in bonis executio fieri potest,  
sed etiam in persona ipsius filiusfamil. cum ipse  
si bonis non cedit, carcerari possit, vt per Bald.  
in sua Marg.in verbo,filiusfami.per Ang.& om-  
nes,in d.l.penul.& firmat Bartol.in l.3. §. vtrum.  
reprobando ibi gloss.in i.colum. vers. Item op-  
pon. & videtur. ff. de fideiuss. quem sequuntur  
DD. vt refert & sequitur Paris.consil.94. specta-  
biles col.z.in princ.sub num. 8.col.i.cum multis  
concord.ibi per eum citatis.In profectio verò  
decidit gloss. i. in d. l. penult. executionem sen-  
tentiae contra filiumfa. latè fieri non posse. idem  
tenet Bald.& Salic.ibi in princip.subdentes,nisi  
commune patris & filij debitum esset,vt in dote  
restituenda.d.l. filiofi. & l.z. §.quòd si patris. ff.  
sol.matrim.Sed Bartol.in l.quoties.ff.de noxali.  
tenet , quòd etiam in profectio executio fieri  
potest.quia pater sicut ex quolibet contractu de  
peculio tenetur , ita ex sententia , in qua quasi  
contrahitur.l.3. §.idem scribit. ff.de pecul. idem  
tenet Bartol. in d. l. penulti.distinguit.Aut con-  
demnatus est , & defensus ita quòd in iudicio  
quasi contraxit , & tunc in peculio profectio  
exe-

executio fieri potest, vt probatur in dict. §. idem scribit. Aut condemnatus fuit vt contumax, & tunc secus, vt plenè consuluit Abb. consil. 66. quanquam in 2. part. quem sequitur Aym. consil. 39. proponitur. colum. fin. versi. pro quo facit. au. 12. volum. i. & ita loquitur gloss. in d. l. pen. Hanc distinctionem sequitur Angel. ibi cum declaratione, si filius ex contractu vel quasi damnatus fuit, secus si ex delicto, quia patri delinquendo præiudicare non potest, vt voluit Bald. in Marg. in d. vers. filiusfami. & in d. l. si filiofa. vers. fi. vbi secus in criminali, sed contrahendo, vel quasi sic, quum pater concedendo ei peculium, contrahendi, non autem delinquendi, potestatē deridit. Eandem distinctionem tradit Barto. in l. finita. §. si de vestigalibus. in vlti. col. vers. sed melius etiam si filius condemnatur. ff. de dam. infec. quem ibi communiter sequuntur DD. & sequitur Pau. de Castr. in d. l. 3. §. filiusfam. vers. ex isto tex. ff. de pec. Sed quare patri delinquendo non præiudicatur? Respon. quia in criminali potius vindicta, quæ ad patrem non delinquentem porrigi non debet, quam pecuniarum commodum ponderatur, secundum Bald. in d. l. si filiofamil. circa fin. & quia etiam damnatus pro crimen, non cedit bonis, quinimo cedendo non liberatur, ne delicta impunita remaneant. l. ita vulneratus. §. cum neque. cum ibi not. per gloss. ff. ad l. Aquil. sed luit in corp. l. i. §. generaliter ff. de poenit. & l. fin. ff. de in ius vocan. Ioann. Andr. in regu. peccatum. in l. gloss. de regu. iur. in 6. refert & sequitur Ang. in l. 4. titu. nostro. interdum tales damnati amore Dei in solennitatibus Nativitatis & Resurrectionis Domini nostri excarcerantur, & alibi cuidam Maiestati offeruntur,

& per ciuitatem mitra alba ( vt Florentiæ) vadunt, vt refert Angel.in l.z.C.titu.nōstro.interdum ob paupertatem absque eo quod iuant in corpus, multa remittitur, vt l. illicitas. §. pen. ff.de offic.præf.& isti tales secundum Angel.in d.lz.& in d.l. 4. quamuis ad pinguiorem fortunam perueniant, aliter non vexabuntur, Ioann. Andr.in d.reg.peccatum, Alber. in Rubr.C.tit. nostro.in vltim.quæst. Bald.in l.fin. ff.de in ius vocan. & Boër.in decis.349. quæritur an ciuili-ter.colum.2.in princ. vers. itaque multa. num.4.

**6** t istud tamen quod in filiofamil. dictum est, in seruo aut in monacho non procedit, vt voluit Bald.in d.l.si filiofam.versicu.secus tamen esset. Quia illi ex sententia non obligantur & ideo hanc executionem quæ sit in causa iudicati, non patiuntur.l.non idcirco.§.postea.ff.de iudi.& l. 1.C titu.nōstro.& consequenter monachus bonis cedere non potest, Rota in decis.237. Nota quod monachus in antiq. sequitur Felin. in c. cū dilecta.colum.26.vers. & Rota dixit num. 80.de rescript. & hoc verum esse potest, nisi esset monachus, qui administrationem haberet, quia illa loco filij emancipati habetur, secund.Bald. in d.vers. secus tamē esset. In hoc tamē reperio contrarium fuisse decisum in Capella Tolosa. quæst.313. Item fuit traditus libellus. Sed Eufre. ibi in addi.hæc dicta concordando quamuis nul lam de Bald.faciat mentionem, illam decisionem, & ibi dicta declarat procedere in simplici monacho, administrationem seu benef.perpetuum non habente, secus in prioratum perpetuum habente, quum talis absque Abbatis licentia agere & conueniri possit, c.cū deputati. & ibi DD. de iud.Abb.in d.c.cum dilecta.in vltim.colum. vers.

vers. & generaliter quum queritur & ibi pulchre per Felin. colum. 30. vers. monachus non agit. Eandem declarationem sentit idem Felin. ibi in 21. colum. versic. Fallit quartò d. regul. dum inquit, quod monachus aliquam administrationem habens, agere & conueniri potest, declarat, dummodo talis administratio sub se aliquā habeat obedientiam, secus, si alicuius villæ vel possessionis administrationem haberet? ut per Innoc. in c. edoceri. in fine versic. Item dicimus extra de rescript. quem sequitur Abbas. in d. versicul. & generaliter quum queritur. Nam hoc casu potius quandam custodiam, quam veram administrationem habere diceretur, ideo intellige de monacho Prioratus aut dignitatis administrationem habente, & non aliter. ¶ Sciendum tamen est, quod si filius famili. mercator pro patre fideiussit, vel cum eo insolidum se obligauerit, si euitare velit, ne in carcerem detrudatur, cautela vti debet, quam docet Bal. quem ibi sequitur Sal. in l. si ex alio. C. quod cum eo. Veronens. in caut. 13. Scis quod fil. fa. Alex. in l. si dubitet. §. filius fam. ff. de fideiuss. & Paris. d. consil. 94. colum. 7. in princ. vers. & ideo Paul. de Cast. numer. 49. quod se à patre emancipari procuret, quia quamvis durante patria potestate in solidum teneretur. l. penul. ff. quod cum eo. Paul. de Cast. in l. i. eod. titu. l. tam ex contractib. ff. de iudi. per Alexan. in l. qui cum se. in princ. ff. de re iud. Si tamen postea per emancipationem, vel aliter sui iuris effectus fuerit, illo gaudere debet beneficio, ne excutiatur, nisi eatenus, quatenus facere poterit. l. 1. ff. quod cum eo. Quod quidem beneficium fuit summa æquitate inductum, vt tradit Azo in summa. C. eod. tit. in prin. glo. Bar.

& alij scribentes in Rub. ff. eod. & pulchrè Paul.  
de Castr. in d. l. 1. & in d. l. 2. post Salic. eod. titu. &  
hoc p̄cedit, etiam si creditor in maiori pau-  
pertate constitutus esset, vt habetur per Bal. in l.  
2. ad fin. vers. quartò quæro. C. quòd cum eod. per  
Alexan. in Rubr. ff. eod. tit. sequitur Parif. confil.  
94. col. 7. vers. & procedunt ista. & dicemus infr.  
in 13. quæst. Fallit tamen, si filius fa. decoxisset, &  
iñ decoctione dolum & fraudem commisisset,  
quia eo casu nec ad cessionis beneficium tanquā  
eo beneficio indignus, nec ad supradictum bene-  
ficium. tit. quod cum eo. nullatenus admittere-  
tur, vt pulchrè declarat Parif. d. conf. 64. col. ad  
fin. vers. nec istis obstat, & col. pen. versi. quo-  
niam vt ex verbis. & Mode. Anchon. in tracta. de  
merc. sub Rubr. de decoctoribus, in 3. quæst. sub.  
nu. 12. & seq.

## S V M M A R I A.

- 1 *Mulier pro ciuili debito an bonis cedere possit, & non cedendo, in carcerem detrudatur?*
- 2 *Mulier pro administratione tutelæ obligata, sena-  
tusc. Velleian. & omni alij auxilio, &c. renun-  
ando, an carcerari poterit, & an hoc in matre pro  
cedat?*
- 3 *Meretrix pro priuato debito carcerari potest, nisi  
esset coniugata, & quomodo hoc intelligatur, vide  
etiam. nu. 5.*
- 4 *Renuntiare quis non potest his, quæ in fauorem pu-  
blicum introducta sunt.*
- 6 *Maritus notitiam habens de adulterio per vxo-  
rem commisso. si non indignatur, præsumitur leno.*

Mulier

Mulier an bonis cedere possit.

*Quæstio I. quartæ quest. princip.*

**R**Ursus primò quæro, † nunquid mulier pro ciuili debito bonis cedere possit? Respon. quod nisi cedat. in carcerem detrudetur. text.in 1 pen.C.titu.nostro.in litera.ibi,vtriusq; sexus.vbi Salic.& Bal.& idem Sal.in l.i.col.2.in fin.versicul.quæro nunc quartò.C.eodem. Aret. in §.fin.colum.i.versicul.aduertas tamen. & column.3.in princip. vers. & aduertas quia. & ibi Ias.in 3.colum.in prin. Insti.de actio.Et hoc procedit secundum iura C. secùs de iure hodierno, quia pro debito priuato vel fiscali nulla mulier regulariter carcerari potest. §. necessarium. in Auth.vt nulli iudic.Auth.sed hodie.C.de off.diuers.iudi.& Auth.nouo iure.C.de custo. reo.& i-tatenet Alex.in apost.ad Bal.in d.l.i.col.2.ad fin. vers. quæro quum in ciuitatibus. & in l.pleriq;. col.fi.vers.item illud.ff.de in ius voc. † Limitatur tamen hoc in muliere pro administratione tutelæ obligata,quam senatuscon. Velleia. & omni alij auxilio renuntiando assumpserat,iuxta Auth.matri & auiæ.C.quando mulier tute. offi. fun.potest.& §.quia verò multum.in Authen.vt sine prohibi.matres debi.non procedere. Nam huic beneficio renuntiasse videtur, ideo tunc mulier carcerari poterit.Bartol.in Authen.prædicta,matri & auiæ.colum.penul.vers. quæro 15. & ibi Alexan.& idem Bart.in l.si quis sub condizione.colum.5.vers.vnde puto. nume.18.ff.de testam.tut.Bart.in tract.de carceribus.col. i.vers. secundò quæro.Ange.in l.quoniam. C.de custo. reorum.Rom.consil.120.circa primum.circa fin.

versic. secundo verò pœna. Alexan. in d.l. plerique. col. fi. vers. item fallit. nu. 12. Marin. Socin. in tractatu de citation. articu. 5. q. 17. in 16. fallen. & Ias. in l. ad egregias. col. 2. in fin. vers. gl. 1. diuiditur. ff. de iure iuran. in d.l. plerique. colum. fin. in princip. versi. circa primum casum. & in l. fin. in princ. col. 2. vers. addet tu notabilem effectum. ff. si certum pet. Intellige tamen in matre non procedere, quia mater beneficio gaudet, quod non excutiatur in plus, quam facere potest, vt est text. in l. sunt qui in id. in fin. ff. de re iudica. Ergo carcerari non poterit, & ita tenet Cardi. Alexan. in c. ex parte. colum. fin. extra. de appell. firmat etiam Bart. & Salic. in d. Auth. matri & auia. ille in pen. col. nume. 13. ibi. & ideo puto hic in 16. quæst. & Bart. in d.l. si quis sub conditione. in 5. col. vers. puto tamen. num. 20. quod priuilegium cessat, quia mulier, non quia mater. & ead. opin. tenent Mod. Bono. in §. attingam. nume. 65. in pract. crimi. nisi dolosè mater tutelam administrasset, ob dolum enim priuilegium perderet iuxta text. & ibi gloss. in l. penul. ff. de iure dot. & in l. fin. in fi. ff. quæ in frau. cred. Nam qui ratione doli conuenit, non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit. Veronen. cof. 9. Quidam ex delicto. num. 4. & dicemus infr. in 22. q. vers. & hoc casu respectu doli. sub num. 2. f

3 Quo ad aliam verò mulierem, in uno tantum casu puto limitationē prædictam procedere posse, si ex statuti dispositione prouideretur, vt disponit statutum nostrum Arimin. sub Rüb. de cuto. dand. pupil. quod tutelam non solum mater & auia, sed & sorores & amitē assumere possint. hæ enim quum beneficium, de quo suprà, non habeant, si tutelam assumpserint, pro admini-

ministrione reddenda, carcerari poterunt, & hoc idem tenuisse videtur Bald. Nouel. in tract. de dote, in s. priuil. 7. part. in princ. ibi intellige tamen hoc in alia muliere, quod est valde nota. Fallit etiam in meretrice, quae etiam carcerari poterit, Bald. in l. consentaneum, colum. final. in princip. ver. in gloss. ad cogendum, nume. 46. C. quomodo & quando iudex. Angel. in d. l. quoni-  
4  
am. C. de custod. reor. † Bart. in d. tract. ne carce-  
ri. in 2. quest. Iaf. in d. l. ad egregias, colum. 2. in §.  
versi. 2. limita. & Guid. Pap. in decis. 256. mulier.  
nisi in matrimonio copulata esset, Ioan. Andr. in  
ddit. ad Specul. in tit. de iniur. & damn. dato. in  
Rubr. Barb. in addit. ad Bald. in d. l. consentane-  
um. & :bi Alex. sub d. nume. 66. Iaf. in d. versic. se-  
cundò limita. & in d. l. plerique. in d. versic. cir-  
ca primum casum. Bald. Nouel. in d. 5. priuileg.  
versic. præterea videmus. Quum illa etiam be-  
neficio d. Authen. nouo iure renunciare eō pos-  
sit, & plenè per Marsil. in singu. 247. conditio mu-  
lierum. & Boér. in decis 349. quæritur an ciuili-  
ter, colum. penul. versic. respectu verò mulieris.  
† Ex quo renunciare quis non potest his, quae in  
fauorem publicum introducta sunt. l. ius publi-  
cum. ff. de pactis. gloss. magistra. in §. quia verò,  
verb. Senatus consult. in Authen. vt sine prohib.  
matres debi. tradit Gozad. consi. 80. statutum Bo-  
noniæ, colum. fin. versi. aut aliquid, num. 20. Ego  
tamen hanc limitationem de meretrice coniu-  
gata intelligo, dummodò cum eius viro habitet,  
secùs si à mariti consortio & habitatione sepa-  
rata, luxuriosè viueret. hoc enim casu habere-  
tur, ac si nupta non esset, & limitatio Ioan. Andr.  
& sequacium, procedit ob honestatem matrimo-  
nij, & ne marito fieret iniuria. si enim more me-

retricio seorsum à marito luxuriosè viueret, vt  
tique marito non diceretur iniuriam inferri, ex  
quo hanc separationem ipse tolerat, & volenti  
& consentienti non fit iniuria. regul. scienti, de  
6 reg. iur. in 6. cum vulg. † Idem intelligo, si mari-  
tus, etiam quod cum ea habitaret, lenocinium  
tam cum ipsa, quam cum alia committeret, vel  
infamis esset. Nam coniugium hoc casu nō ob-  
staret, quin talis meretrix pro priuato debito  
carcerari posset, ut tradit Caccial. in tract. de de-  
bit. suspect. & fugi. q.s. princip. colum. 4. vers. se-  
ptimò quero, vtrum mulier. quod dictum pro  
singul. refert & sequitur Marsil. in singul. 271. dixi  
tibi. de quo latè per Sarnen. in c. mulieres, num.  
13. usque ad num. 25. de iudic. in 6. Item dico eti-  
am, si maritus lenocinium non actualiter, nec  
expressè, sed præsumptiuè committeret, putà  
quia adulterio per vxorem commisso, notiti-  
am haberet. tunc enim si de adulterio per eam  
commisso non indignatur, præsumitur leno. I.  
mariti lenocinium. ff. de adult. Bart. in l. i. §. præ-  
uaricatorem. ff. ad Turpil. Areti. in tract. malefic.  
in gloss. & ad querelam, versi. quero, an & quan-  
do, in fin. Ferrar. caut. 14. Iura sunt vulgaria, in  
fin. num. 6. & Neuifa. in sylua nupt. colum. 13. in  
princ. sub versi. conclusio suprascriptorum est,  
num. 31. inserta in 7. vol. tractatum.

## S V M M A R I A.

- 1 Ecclesia an bonis cedere possit.
- 2 Vniuersitas clericorum, scholarium, fabrorum, pel-  
lipariorum, & similiumpersonarum, bonis cedere  
potest.
- 3 Ecclesia neminem conuenire potest, nisi in quantū  
facere

*facere potest.*

- 4 Decimam an Ecclesiæ quis soluere teneatur, si periculum esset, quod eam soluendo fame periret.  
Furtum non committit quis alteri ob necessitatem famis substrahendo, ibidem.

Ecclesia an bonis cedere possit.

*Quæstio II. quartæ quæst. princ.*

**S**ecundò quæro, an Ecclesia bonis cedere possit? videtur dicendū, quod non, quia principalis causa, per quam cessio introducta fuit, est, ne debitor in carceribus detineatur. l.i.C.tit. nostro. Sed Ecclesia carcerari non potest, ergo, &c. Tu dic, quod cedere potest, ut est text. singu. & peregrinus, in §. si quis autem adiecerit, in Authent. vt determin. sit nu.cler. quem text. allegat Nic. de Neap. in §. fin. Inst. de act. quem ibi sequitur Iaf. in 3. col. in prin. & illum tex. allegat Rom. ad hoc propositum in singul. 565. quæro an Ecclesia. & Euffr. in addit. ad Capel. Tholos. q. 156. Item fuit quæsumus, an exceptio cessionis. Ex quo infert Aret. in d. §. fin. col. pen. versic. quæro, an cedenti bonis. quod sicut clericorum vniuersitas, apud quos summa fides & obseruantia esse debet, ut l. presbyteri. C. de Episc. & cler. bonis cedere potest, à paritate rationis quælibet alia vniuersitas, scilicet scholiarium, fabrorum, pellipariorum, & similiū bonis etiam cedere potest, alleg. l. 4. §. si auēto. ff. de re iudic. l. fin. & ibi Bart. & Dd. C. de iurisd. omn. iudic. l. sicut. §. l. ff. quod cuiusque vniuer. & l. fin. & ibi Bart. ff. de colleg. illic. quod dictum pro not. sequitur ibi Iaf. in 3. col. in princ. sub nu. 10. & ita firmat antè eos Alberi.

beric.in Rubr.C.tit.nostro,in vlt.colum.versic.  
 3 item quæritur,num.14.& quamuis† Ecclesia bo-  
 nis cedere possit, aliquem tamen conuenire nō  
 poterit,nisi in quantum facere potest, gl.est sin-  
 gul.in c.quicunque.il.1.16.quæst.7.quem text.in  
 proposito alleg.Abb.in c,cum homines, in pen.  
 quæst.extrà,de decim.Vbi quærit, si quis nō re-  
 collegit nisi tantum,quantum sibi pro eius & fa-  
 miliaæ viçtu sufficit,tunquid æcimam soluere  
 teneaiur? arguit pro & contra.tandem conclu-  
 dit,quòd ille decimam soluere teneatur.Sed Ec-  
 clesia remittere illi tenetur tantum,quòd viue-  
 re possit, quum Ecclesia de suo ei prouidere te-  
 neatur,tanquam mater & omnium animarum  
 cultrix,& dictat æquitas,quòd Ecclesia nullius  
 miseriam quærat.Snbdit etiam,quòd vbi tanta  
 esset inopia,quòd ille fame periret, si decimam  
 solueret,quòd ille ad solutionem decime nō te-  
 neatur,quia in tali necessitate omnia sunt com-  
 munia,& ideò licite & absque furti vitio de al-  
 terius bonis subtrahere potest,vt not.in c.sicut.  
 77.distinct.& in c.si quis propter ,extr.de furt.  
 Ex quo sequitur,quòd iste talis qui decimam  
 soluere tenetur, si non habet unde satisfacere  
 possit,Ecclesiæ beneficio gaudere poterit,ne  
 excutiatur vltrà quam facere valeat:sed intel-  
 ligi posset,dummodo non sit quoque Ecclesia  
 in necessitate constituta,per ea,quæ dicemus  
 infrà,in 13.quæstio.

## S V M M A R I A.

4 Minor an bonis cedere poſſit, & non cedendo ca-  
 pi & carcerari an valeat, & nume. 14.19. &  
 41.

- 2 Infans capi non potest, nec etiam verbaliter citari.
- 3 Infans quomodo & qualiter citari debeat.
- 4 Pupillus quomodo & qualiter citari debeat.
- 5 Infans seu pupillus si citantur ut legitime comparent, si contumaces erunt, contra ipsos ad primū decretum procedi non poterit.
- 6 Curator infantī dāri non potest: sed quo casu dare posset, vide ibidem.
- 7 Impubes doli capax pro ciuili debito capi & carcerari potest, sed in integrum restituitur: sed econtra, num i.
- 8 Minor 25 annorum, secundum decretum patitur, sed vide num. 12. & 6.
- 9 Statutum, quod contumax pro confessu habeatur, locum habet etiam in adulto.
- 10 Impubes doli capax ob contumaciam multari & excommunicari potest, sed in integrum restitutioonem habet.
- 12 Impubes quis dicatur.
- 13 Minor pro ciuili debito banniri non potest.
- 15 Minor in contumacia constitui non potest, ex quo seipsum defendere non valet. & nu. 20.
- 17 Carceratio fieri non potest, nisi ex propria carcerati contumacia in non soluendo.
- 18 Carceratio ex dupli causa minori damnoſa est.
- 21 Minor si eius bona in causa mercantiae ex statuti dispositione, administrari potest, hoc casu capi & carcerari poterit.
- Cautela ad articulandum & probandum super qualia.

*qualitate mercaturæ, per quam minori conceditur bonorum suorum administratio, an contra ipsum ad carcerationem deueniri possit. eod.*

Minor an bonis cedere possit?

*Quæst. III. quartæ quæst princ.*

- 1 **T**ertiò quæro, † an minor bonis cedere valeat, & non cedendo contra ipsum ad capturam deueniri possit, ut in carceres detrudatur? Responde, quod contra infantem nullo modo decerni potest. I. neq; impuberis. ff. de ius vocan. † Quinimò etiam verbaliter citari nō potest. d. I. neq; impuberis. & l. 4. in princ. & ibi Bar. ff. eo. not. in l. i. §. sufficit. ff. de admin. tut. tractat. Specul. in §. versic. item non valet, in tit. de citation. & §. i. colum. i. versic. & quidem excipitur, in tit. de auctore. & in titu. de reo. colum. 4. in fin. versic. item non potest † agi contra infantes. tenet Bald. in c. i. de mil. vasal. qui contum. est. vbi subdit, quod creditor, qui ab infante suū consequi velit, iudicem adire, & coniunctos ac infantis affines citari facere debet. I. ergo. ff. ex quibus causis maio. quod idem sequitur Afflict. in consti. Regni, incip. edictorum, colum. 7. vers. tertia quæstio est. & in decis. Neapol. 262. fuit in consil. colum. i. in princip. & sequen. vbi inquit, quod iudex infantem citare non potest, quod legitime compareat, per id quod dicit Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de reo. colum. 4. sub versic. item si fiscus, in verb. authoritate. vbi tenet, quod ille, qui vult alicuius hæredes conuenire, prius diligenter inquirere debet, si aliquis hæres est infans infra septem annos, & si ibi sit infans,

fans, contra ipsum ut hæredem, citationem non faciat, quod legitimè compareat, quia citatio nulla esset: sed per tutorem, si haberet, citari faciat, per text. in d. §. sufficit. & tenet hoc Bart. & Paul. de Castr. in l. 2. ff. de condit. furti. & firmat Bald. in l. donatarum, ad fin. C. de acquir. possess. & si tutorem non habeat, agnatos & cognatos citari faciat, ut ad ipsum infantem defendendū veniant. & idem dicit Bart. in d. §. sufficit. Si verò maior est septennio, citabitur pupillus, quod legitimè compareat. Ioan. Andr. in d. vers. item si filius. & Bart. in d. §. sufficit. & sequitur Maria. Socin. in tract. de citat. artic. 20. q. 19. Sed tamen haec opin. communiter damnatur, ut refert Alex. in d. l. neque impuberes. & Cagno. in l. vnic. §. si procurator, col. 7. vers. considerabam alias, num. 32. ff. si quis ius dicen. non obtemp. quia si tutorem habet, ille citari debet: si verò non habet, coniuncti ipsius pupilli ad ipsum defendendum citari debent, ut contumax redditur pupillus, & sic contra ipsum ad primum decretum procedi possit per l. haec autem. §. 1. & ibi not. Barto. in fi. ff. ex quib. cauf. in poss. eat. cum concord. relatis per Alexand. in l. si ex legati causa, in penul. col. 1. vers. extra. gloss. colligit. ff. de verb. obliga. & ita consuluit Abb. conf. 43. tamen ex omnibus, col. 1. vers. sed his nō obstat. in 2. par. & ita iudicari vidi. Et tantum prædicta sunt vera, quod si cicatur ille qui est infans, vel maior infante, ut legitimè compareat, ad primum decretum procedi non poterit. Imol. in l. contra papillum. & ibi Alexan. ff. de re iudic. & consuluit Abb. confil. 43. in primo dubio. Quinimò si infans citatur, ut legitimè compareat, & sic nulliter, & pro eo tutor compareat, eumque defendit, processus non valebit,

valebit, quamuis valeat, quando maior infante citatur, ut legitimè compareat, & pro eo comparet tutor, & ipsum defendit secundum Pau. de Cast. & Alex. in d.l. cōtra pup. in vlt. col. ver. sed Pau. de Cast. dicit, volens igitur creditor infantem citare, tū iudicem adire debet, & coniunctos affinesq; infantis citare, & facere ac curare, ut illi tutor detur. Nam curator sibi dari non potest, quum non detur, nisi petenti. l. qui habet. §. si pupillus, ff. de tutel. & habetur per Afflict. in d. decisi. 262. dicit tamen Bart. in l. Fulcinius. §. adeo. ad fi. versic. fateor tamen. ff. ex quib. cauf. in poss. eatur. quod si bona infantis peritura es- sent, vel & alienum graue immineret, quod iudex ex eius officio liti curatorem dare posset, quod dictum intelligit Bald. in d. c. i. colum. 5. ad fin. versi. de citatione infantis. de mil. vas. qui contum. est. in visib. feudor. procedere, dummodo iudex cum consilio coniunctorum infantis curatorem decernat, & in subsidium, quādo non reperitur tutor. idem sequitur Ale. in d. §. adeo. mouetur Bald. ibi, quia si iudex ex mero officio curatorem vel tutorem remouere potest, ergo & decernere. l. i. §. exigere. 2. respon. ff. de magist. conueni. erit igitur secundum eum casus singul. in quo per inquisitionem datur liti curator contra not. in §. inuiti. inst. de curato. mouetur etiam quia si bonis absentis ad creditorum instantiam datur curator, ut l. ab hostib. §. i. ff. ex quib. cauf. maio. eodē modo infanti dari debet, quem certum est haberi pro absente. Item certum est quod ventri datur curator respectu eius qui est in utero, ergo & infant. l. i. §. generaliter. cum §. sequent. ff. de vent. in poss. mitten. Dicit tamen Bald. ibi, quod nulla lex hoc expresse & clarē

clarè dicit, ideo Doct. in d. §. si pupillus. variant. refert tamen Petr. simpliciter tenere , quod infanti curator ad litem dari non possit per text. in d. §. si pupillus. sed remedium creditorum esse, quod coniuncti & amici pupilli, quos verisimile est, infantem defensuros esse, citentur : & si defendant, benè est : si verò non defendant, proceditur ad missionem in bonis defunctorum ad eorum venditionem , si infans ex contractu defuncti conueniatur per l. hæc autem in prin. & l. apud Iulianum. §. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. & hoc nedum in infante, verum etiam in pupillo maiore infanti procedit , vt dixi supra, per ea quæ consuluit Abb. in consi. 43. in primo dubio. dicens, quòd contra pupillum ad primi decreti interpositionem deueniri non potest, nisi prius tutore citaro. † Si verò pupillus tutorem non habeat, cognati vel affines requirendi sunt, & si qui fortè alij sint , quos verisimile est defensionem pupilli non omissuros , vel per necessitudinē, vel per charitatem, vel alia ratione, vt probatur in d. l. hæc autem. §. non defen. cum sequen. Bald. tamen vbi supra , ait considerandum esse, quòd si infans ex contractu conueniatur, oportet quòd in hereditate se immiscuerit, vt nota. in l. si cùm dotem. §. transgredientum. ff. sol. matri. sed hoc absq; tutore fieri non potest. l. potuit. C. de iure delib. ergo, &c. Quidam respondent quòd immixtio l. 12. tabularum sufficit , vt l. 2. & ibi per Cyn. ff. de cond. furti. sed hæc solutio secundum eum dubia est in se , & in infante extraneo falsa : vnde inquit, quòd supposito casu , infantis extranei hereditas iuncta est, hereditati iaceti dabitur curator. l. debitor. ff. de neglig. gest. Bart. in l. si bona. ff. de bon. au-

50 TRACT. MATTH. BRVN<sup>T</sup>  
thorita.iudic.possid. & in l.si quis instituatur. §:  
final.ff.de hære. institut. alioquin hæreditas ia-  
cens tanquam res inanimata, latitare non pos-  
set, & sic nec secundum decretum pati, d. l. si  
quis instituatur,in fin. & ita per eademmet ver-  
ba tradit Marian.Socin. in d.tracta.de citatio. in  
5.articul. quæst.18. Redeundo igitur ad proposi-  
tum nostrum, si infans carcerari non potest, ut  
dixi, etiam bonis cedere non poterit. Sed nun-  
quid contra impuberem doli capacem realis  
citatio committi possit? Bartol. in d. tracta. de  
carcerib.in 4. quæst. tenet, pupillum doli capa-  
cem pro debito carcerari posse: veruntamen si  
aliquo casu Iesus fuit, in integrum restitui po-  
test, per titul.ff.de minor. Contra quam opinio-  
nem Caccialup.in tracta.de debit.suspect.& fu-  
git.in 5. quæst.princip. allegat Bartol. contrari-  
um tenentem in d. l. neque impuberis. dicens,  
non posse impuberem pro ciuili debito capi, per  
illum text. idem tenet Bald.in l. i. colum.fin.an-  
te fin.versic.quintò quæro, an minor possit.C.ti-  
tu.nostro.& hoc putat Caccial.esse verius. quam  
opinionem etiam antè eum tenuit, & eam sibi  
placere dixit Marian.Socin.in d.5.articul. quæst.  
19. versic. si vero loquimur. Ias. autem in d.l.ne-  
que impuberis, primam opinionem tenet, quod  
8 pupillus doli capax per tria fundamenta carce-  
ri potest: primò, quia † minor 25. annorum, se-  
cundum decretum patitur.text.est in l.si minor.  
ff.de bon.authorita.iudic.possid. & tamen non  
interponitur,nisi ad sit contumacia. l.Fulcinius.  
§.i.ff.ex quibus causis in possess.eat.apparet igi-  
tur,quod minor 25.annis,in contumacia esse po-  
test. † Secundò, per ea quæ not. vult Bald.in l.v-  
nica,colum.14.ad fin.versic.iuxta hoc quæro,an  
adul-

adultus. C. de confess. vbi tenet, statutum disponens, quod contumax pro confessio habeatur, & in banno ponni possit, & in adulto sibi locum vendicare, quia ex contumacia banniri potest, & fuit originalis decisio (quamuis ipse non dicat) Guid. de Suza. in l. i. ff. si quis ius dic. non obtempe. prout refert & sequitur Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in §. restat, vers. sed pone pupilli. cum versic. seq. in addit. magna, in tit. de primo & secundo decreto. † Tertiò, mouetur per ea, quæ vult Ange. in d. l. neque impuberis. quod impubes doli capax, ob contumaciam multari & excommunicari potest, sed beneficium restitutonis in integrum habet, allegat Speculat. in §. fin. in tit. de contumac. prout etiam dicit Bart. in d. tract. de carceri. in 4. quæst. tu verò secundam opinionem tene, quod carcerari non potest, ex quo contumacia vera in minorem 25 annorum cadere non potest, vt infrà dicemus, tantò minus in impubere etiam doli capace. Ad primum fundamentum Ias. respondetur, quod quamvis minor secundum decretum patiatur, carcerationem tamen non patitur: tquia missione nō patitur, nec ex eius contumacia bonorum venditione, sed ex curatoris contumacia, & non ex eo, quod ipse fuit contumax, sed quia non defenditur, vt inferius declarabo: præterea contra pupillum ad interpositionem primi decreti, nisi prius citato tutore, deueniri non potest, vt superius dictum est, per ea, quæ consuluit Abb. d. consil. 43. in primo dubio, ergo & cæt. Ad secundum respondetur, differentiam esse inter impuberem & adultum, impubes enim usque ad 14. annum dicitur, adultus verò maior est 14. annorum, vt probatur in l. hereditatum. & ibi

not. gl. & DD. ff. ad l. Fal. in l. qua ætate. in prima  
 ff. de testamen. tradit Sal. in l. mora. in 2. colum:  
 vers. nunc videamus. ff. de usur. & Ias. post alios,  
 in l. si frater. C. qui testa. fac. pos. ideo de vno ad  
 aliud non benè infertur ex eo maximē tu quia ibi  
 in causa criminali, non autem in debito ciuili  
 loquitur, quum iure cautum non reperiatur, ad-  
 ultum pro ciuili causa banniri posse, vt voluit  
 Bal. & Sal. in d. l. i. col. 2. vers. oppo. sexto. C. tit:  
 nostr. quamvis ibi gl. dicat, quod loco carceris  
 debitores hodie in banno ponuntur. sed illa gl.  
 ad terrarum statuta respectum habuit, disponen-  
 tia quod debitores ex publico instrumento si ad  
 mandata non deuenerint, in banno ponantur, vt  
 declarat Sal. in d. 6. opp. & ita intelligitur quod  
 no. Bal. in d. l. vnica. de confes. Ad tertium per  
 not. per Ang. in d. l. neq; impuberis, responderi  
 posse videtur, quod quamvis Ang. ibi teneat,  
 impuberi doli capacem carcerari posse, con-  
 trarium tamen ipso voluit in l. nemo carcerem.  
 C. de exact. tribu. lib. 10. quia si minor 25. annis,  
 qui plus est quam doli capax, pro priuato debi-  
 to carcerari non potest, vt infr. dicemus, tanto  
 minus poterit impubes doli capax: quia si id de  
 quo magis videtur inesse, non inest, nec etiam id  
 de quo minus: & quod maiori non licet etiam  
 minori. tex. est in c. si ergo. 8. q. 1. & ibi not. per  
 gl. quod est bon. text. in c. si Paulus. & ibi glo. 32.  
 q. 5. cum alijs concord. traditis per Nic. Euerar.  
 in tracta. de modo argu. argum. 66. locus à ma-  
 iori. in princ. & sic concludo, quod impubes do-  
 li capax, bonis cedere non potest, quin carce-  
 rari non valet, & ita concludit Alexand. in d. l.  
 neque impuberis nedum in pupillo, sed etiam  
 in adulto. Descendendo modo ad minorem 25.

annis

annis, an contra ipsum ad realem citationem procedi possit. Dicit Bald. in dict. l. i. column, fin. versicu. quæro an minor. C. titul. nostro. distinguendo: aut est pupillus: & bonis cedere non potest, nec etiam pro debito carcerari: Aut est adultus, & ipse etiam bonis cedere non potest, nisi ad creditoris petitionem, & cum iudicis decreto, quum cessio sit vniuersorum bonorum alienatio. & l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eo. nec carcerabitur, quia per se non stat, quo minus soluat, sed per ætatis beneficium, quod in carcerem resolui non debet. l. quod fauorem, C. de leg. & ita per eadem verba sequitur Sal, ibi in vltim. colum. versi. quæro ii. an minor. quod autem carcerari non possit, probatur secundum Ang, in d. l. nemo carcerem. colum. 5. versic. ex prædictis. quem sequitur Rom. consil. 120. circa primum. post princ. ver. Secunda igitur fuit opin. quia carceratio fieri non debet, nisi quum quis sit contumax, ita quod contumaciter soluere cesset, & sic requiritur quod contumacia præcedat, ut probatur in d. l. nemo carcerem. & expressius probatur in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudic. secundum unum intellectum Iacob. Butr. & Bald. Clarum autem est, minorem contumacem † verè constitui non posse, quum ipse se defendere nequeat, ut d. l. contra pupillum, de re iudica l. si minor. ff. de bon. authorit. iudic. possid. l. cùm & minores. C. si aduersa rem iudic. & clarissime probatur in l. minor etiam. si quasi contumax. cum sua gloss. ff. de minor. † Quod procedit etiam, si minor fuerit per suum curatorem legitimè defensus. quamuis enim ex secundo decreto missione & bonorum venditionem patiatur, vt d.

1. si minor. cum similib. non tamen carcerationem patietur, quia minor ex curatoris contumacia, non ex eo, quod ipse sit contumax, sed quia non defenditur, missionem & venditionem patiatur, vt d. l. si minor. l. pupillus. & l. fin. ff. de

**17** priuileg. credit. † Atqui carceratio fieri non potest, nisi ex propria carcerati contumacia in no soluendo, vt d. l. nemo carcerem. quæ contumacia in minorem non cadit, quum sibi rerum suarum administratio non sit commissa : ideò missionem & bonorum venditionem, non autem carcerationem patietur : quia per missiōnem & venditionem non læditur minor, quum debitum satisfaciat : & si læderetur, contra curatorem qui creditori non soluit, quum potuit, recurrere posset. l. 3. §. penultim. & final. ff. de

**18** suscep. tuto. † Sed carceratio multipliciter est minori damnosa. Primò, quia per eum non satisfit minoris debito. Secundò, quia impossibile est à curatore per minorem carcerationis damnum recuperari, quum sit personale damnum. facit l. si quis prouocationem. C. de appellatio.

**19** † Quare concludit Angel. in d. l. nemo carcerem. sub dubio tamen, quod minor 25. annis pro debito carcerari non possit, quia in minore iure cautum non reperitur, igitur cogitandum relinquit Angel. ibi. Eandem opinionem consuētudo tenuit Thom. Doccius Senens. allegando

**20** Angel. & Roman. vbi suprà. † Nam ad hoc, ut quis carcerari possit, contumacia requiritur. d. l. consentaneum. Minor autem in contumacia verè constitui non potest. d. l. minor. etiam si quasi contumax, cum gloss. & ibi declarat Bartol. ergo & cæt. Aduertendum tamen est, quod decisio Bald. de qua suprà, satis dubia videtur

quam-

quamvis fauorabilis sit, & præsertim quando minor bona non haberet, quæ ad alienationem iudicis decretum requirerent, vt d. §. ne passim. & per tot. tit. ff. de rebus eor. C. de præd. minor.

¶ Vnde ex prædictis cautela sumi posse videtur, quod si ex forma statuti minor bona sua administrare possit, ex eo, quod fortè mercaturam exercet, vel quid simile, quod hoc casu, cessante prædictorum ratione realiter citari & carcerari posset: hoctamen casu creditor cautus esse debet, vt articulos & probationes de illa mercaturæ qualitate faciat, per quam minori rerum suarum administratio conceditur, vt minoris carcerationem obtinere valeat, & cautela hæc procedit, etiam retenta Bald. & Ange. opinione, de qua suprà. de quo tamen satis dubito, vt dixi, præsertim si minor solummodo bona mobilia aut se mouentia, vel iura & actiones, & non immobilia possideret, ex quibus mobiliis, iuribus, & actionibus ipse minor satisfacere posset, & etiam hoc casu bonis cedere, & ideo videtur quod carcerari possit. Item quia si immobilia haberet, sibi prouidere posset in solutum dando cum iudicis decreto, vel etiam bonis cedendo cum autoritate & decreto iudicis, & alijs solennitatibus requisitis, & ideo imputandum sibi videtur, & consequenter citari realiter, & carcerari posse videtur. Cogita tamen.

## S V M M A R I A.

- 1 Obligatus ad factum, an bonis cedere posset.
- 2 Maritus & vxor compelli possunt, vt in vnum redeant, & simul cohabitent, nec interesse præstado

*liberantur.*

- 3 *Obligatus ad votum præcisè, ad illud exequendum compellitur, nec sufficit interesse præstare.*

**Obligatus ad factum, an possit cedere bonis?**

**Quæstio IIII. quarta quæst. princ.**

**Q**VARTÒ quæro, † nunquid obligatus ad factum, bonis cedere valeat? Cyn. in l.i. quæst. 2. C. titu. nost. distinctionem ponit. Barto. verò in l. is qui bonis. §. Sabinus. ff. eodem. refert, quod quando lex dicit quem præcisè teneri, iuxta not. per gloss. & Docto. in l. stipula. §. habet. ff. de noui oper. nunci. & per eundem Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. ad cessionem non admittitur. Alber. de Rosa. in Rubri. C. titul. nostro. colum. i. vers. item quæro, nunquid similiter Cyn. sequendo distinguit, aut debitor ad factum, aut ad interesse conuenitur, & tunc, inquit, prout in obligato ad dandum, quod bonis cedere potest. d.l.i. Aut ad factum conuenitur, & tunc si factum tale est, à quo, interesse præstanto, liberatur. quod est, quando personæ industria electa non erat, & tunc quia interesse præstado liberatur, bonis cedere potest. Si verò personæ industria electa erat, tunc cedendo nō liberatur. ratione diuersitatis ibi assignat, quia in primo casu creditori cōsulitur, quia de bonis sibi satisfieri potest, sed vbi ad tale factum obligatus est, quod per alium expediri nō potest, & sic bonis cederet, & bonis satisfieri non posset, tunc ad bonorum cessionē non

non admittitur, sed ad factum, etiam cum in cōpedibus retinendo, præcisè compellitur, sicut de scriptore notatur in d.l. stipulatio. §. siue de no. ope. nunci. & habetur per Spec. in §. i. col. ante p. vers. item est beneficium. in tit. de renuncia. & conclusio. & pro hoc alleg. text. in l. vnicā. §. ne autem. C. de cad. tol. & in l. propter. C. tit. nostro. Eandem distinctionem tradit Bald. in §. fin. colum. pen. versic. secundò quæro. Instit. de act. Bart. in d. §. Sabinus, hanc de electa personæ industria distinctionem redarguit per ea, quæ ipse met latè scribit in d.l. stipulationes non diuiduntur in §. quæst. vbi Alex. & Ias. in pen. colum. sequuntur eum. Idem tamen Alb. in l. qui bonis. in prin. ff. tit. nostro dicit, quod si ad factum præcisè compelli potest, ad cessionem non admittitur: secùs, si non potest. & ad nota. per eum in d. §. siue, vbi de hoc plenè se remittit, Ioann. Fabr. quem sequitur Ias. in d. §. fin. col. 3. in princ. verficu. tertio fallit. Instit. de act. inquit, quod quando quis est ad factum obligatus, ad cessionem non admittitur, nec cedēdo liberatur. rationem adducit, quia causa per quam quis cedendo liberatur, est impotentia soluendi: vbi ergo quis ad factum tenetur, talis impotentia cessat, quia facere potest, ergo cedendo non liberatur. Nec secundum eum dicatur, quod ad factum obligatus, interesse præstanto liberatur. hoc enim secundum eū procedit, vbi illud præstari potest: secùs, si non posset. l. in stipulationibus. §. fin. & ibi DD. de verb. obligat. Tu dic, quod ad factum obligatus, bonis cedēdo nō liberatur, vt in scriptore tenuit Bald. in d. l. i. colum. 2. versic. quæro an obligatus. & ibi Sal. in 2. col. in fi. versic. quæsto quinto, vbi hoc esse verum limitant, si obli-

gatus faciendi facultatē habet, alioquin ob impossibilitatem & impotentiam ad interesse deuenitur, & sic impossibilitate attenta, ad factum obligatus, ad bonorum cessionem admitteretur, considerato interesse, quod ob non faciendi impossibilitatem præstari debet: & sic creditor tot de bonis suis, quantum erit eius interesse factum non præstari, accipiet. & ita restringit Ioan. Fab. vbi sup. quem ibi etiam sequitur Ias. in d. versic. tertio fallit. Aduerte tamen, quod dum Bart. in d. §. Sabinius. inquit, quod vbi lex dicat, quem ad factum præcisè teneri, tunc non admittitur cesso, sed præcisè compelli potest, non videtur bene dictum, per regulam illam, quam tradit idem Bart. in d. l. stipulationes non diuiduntur, quam ibi sequuntur omnes in 8. quest. secund. partis, quod ad factum obligatus, ex legis dispositione semper præcisè facere tenetur, quamvis hoc expressè lex non dicat. Pro hoc adduco nota. per Abb. in c. i. in ultim. notab. de sponsali. vbi tenet, ¶ quod maritus vel vxor præcisè compelli potest, ut in unum redeat, & simul cohabitent. nec interesse præstanto liberantur, quia ex diuina & humana lege ad cohabitationem obligantur, & ibi Bart. allegat in d. l. stipulationes non diuiduntur. ¶ Adduco etiam facere quod in voto præcisè competitur obligatus ad votum exequendum, nec interesse præstari sufficit. c. quod super his. & ibi Abb. in i. not. extra. de voto, rationem assignat, quia iure diuino quis ad votum obligatur. c. licet. extra, eo. & habetur per Prophetam Regium Psal. 75. dicentem: Vouete & reddite domino Deo vestro, &c. & Psal. 115. Vota mea domino reddam, &c. quum ergo talis facti obligatio à lege inducatur, illa absque eo quod exprimatur,

ad factum præcisè esse dicitur, & sic ad factum præcisè compellitur, nec interesse præstari sufficit.

## SUMMARIA.

- 1 *Mercatores falliti, an cessionis bonorum beneficia gaudeant.*

*Mercatores falliti appellantur cedentes fero, & fraudatores, & sunt infames & infamissimi. eod.*

*Mercatores falliti, creditoribus laniandi tradi debent, ibid.*

- 2 *Statuta quòd mercatores falliti creditoribus dentur lacerandi, valent.*

- 3 *Beneficium cessionis, est miserorum subfidium, & non dolosorum præsidium.*

- 4 *Mercatores falliti, qui à communiter accidentibus deceptores & fraudatores sunt, non excusantur ob aduersam fortunam, & dilatione quinquenali non gaudent.*

- 5 *Debitores omnia sua bona in fraudem creditorū studiosè dilapidantes, beneficium cessionis non habent.*

*Debitor omnia sua bona vel maiorem partem alienans, præsumitur dolo & fraude inops factus, eod.*

*Idem, si in perditionis ludo, vel in meretricibus bona consumpsit, vel posteriores credutores prioribus præposuit. ibid.*

- 6 *Receptans mercatorē fallitum in sua domo, illum indicare teneatur, & creditoribus exhibere, vel ad interesse teneatur, si bona fallit non sufficiunt.*

Merca-

Mercatores falliti, an bonis cedere possint?

*Quæstio quinta, quartæ quæst princip.*

**¶** **Q**VINTÒ QUÆRO, † NUNQUID MERCATORES FALLITI, QUOS BART. IN 1. SINGULARIA, COL. 6. VERSI. EGO DICO CAMPFORI, & IBI, PURPURA. NUME. 93. FF. SI CERT. PET. VOCAT CEDENTES FORO. & BAL. CONSIL. 382, IN QUÆSTIONE M. COL. FIN. CIRCA FI. VERSI. ITEM SI FALLITUS. SUB NUME, 19. VOLUM. 5. FRAUDATORES APPELLAT, CESSIONIS BENEFICIUM HABEANT? BALD. CONSIL. 40. IN LIBRIS THÆSAURARIÆ, COL. 2. IN PRINC. VERSIC. ITEM QUA FUNT. NUM. 4. EOD. LIB. 5. DICIT, QUÒD QUŪ ISTI INFAMES & INFAMISSIMI SINT, (QUI MORE ANTIQUISSIMÆ 1, 12. TABU. CREDITORIBUS LANIANDI TRADI DEBERENT, VT VOLUIT GLO. FIN. IN 1. FIN. C. TIT. NOSTRO, QUA TAMEN IN HOC COMMUNITER DAMNATUR, VT REFERT AFFL. IN DECIS. 378. QUIDAM DEBITOR SUPPLICAVIT. NUM. 2. SED BAL, IBI IN 2. COL. IN PRIN. VERS. QUID DE FALSIS MERCATORIBUS. NU. 4. INQUIT † VALERE STATUTUM CONTRA TALES CUM PECUNIA AUFUGIENTES, Q CREDITORIBUS DENTUR LACERANDI, QUOD DECLARAT SALIC. IBI IN FIN. CONTRA DOLOSE FUGIENTES, NON EX FORTUNA, PROCEDERE, VT ETIAM CONSULUIT PARIS. CÓS. 94. SPECIALES. COL. PEN. IN PRINC. NU. 60. VOL. 1. & LATÈ MOD. ANCHONI. IN TRACT. DE MERCATU. IN 2. CAR. SUB RU. DE DECOCTORIB.) CESSIONIS BENEFICIUM, † QUÒD EST MISERORUM SUBSIDIUM, NON DOLOSORUM PRÆSIDIUM, OB EORUM DOLUM NON HABENT, VT NO. IN 1. FI. IN FIN. FF. QUA IN FRAU. CREDI. & IN 1. PEN. FF. DE JURE DOT. & TRADIT BOER. IN DECIS. 349. QUÆRITUR AN CIUILITER, COL. 10. VERS. & ISTA OPIN. & IN DECIS. 215. INCARCERATUS PRO DELICTO. COL. 3. IN PRINC. VERS. AD EO QUÒD PROPTER RUI. CÓS. 90. VISA LOCATIONE. COL. 9. IN FI. EX ALIO QUOQ; SUB NU. 13. VOL. 1. & IOÁ. BAPT. de

de Plot.in repeti.l.si quando.nume.179.versic.sic  
 & contractus.C.vnde vi.Plus inquit Bel.d.consi.  
 382.in fin. num. 20.quod quum à communiter ac-  
 cidentibus falliti sint deceptores & fraudatores,  
 † omnibus inesse præsumitur , quod quasi omni-  
 bus est commune,nec ob aduersam fortunam ex-  
 cusantur , & tales etiam quinquennalis dilatio-  
 nis beneficio non gaudent,vt concludit Boer.in  
 d.decisi.246.çolum.8.in fin.versicu.nec per con-  
 sequens.& colum. seq. de cuius veritate infr.in  
 26.quæst. principali patebit. Ex supradictis in-  
 fertur, † quod omnes debitores qui studiosè om-  
 nia sua bona in fraudem creditorum dilapida-  
 uerunt, ita vt aliqua non reperiantur, debent in  
 carceres detrudi , & cessionis beneficium non  
 habent.d.1.fin.§.fin.& ibi gl.& Bart.quæ in frau-  
 credit. & idem Bart.in l.alia.§.eleganter.ad fin.  
 ff.sol.matr. Bal.in d.l..col.2.vers.quæro,vtrum  
 ille.& col.fi. vers. istam autem renuntiationem:  
 C.tit. nostro. vbi exemplificat in eo, qui dolo &  
 fraude factus est inops , & præsumitur si omnia  
 bona sua vel maiorem partem alienauit. l. om-  
 nes.§.Lucius.ff.quæ in frau.credi.sive simul & se  
 mel , sive interpellatis vicibus , vt l.nomen.§.fi-  
 lio.de leg.3.vel bona sua in perditionis ludo co-  
 sumpsit, vt l. si quis cum sciret. ff.de vsucap. pro  
 empt. vel in meretricibus quæ perditorum ani-  
 mas deuorant.vt l.i.C.de natur.liber.& dicetur  
 infr.in 28.q.vel prioribus creditoribus posterio-  
 res præposuit, quod facere nō debuit.quum pro  
 rata solui debeat , vel secundum prius & poste-  
 rius , si habent hypothecas , nisi ex legis vel sta-  
 tuti dispositione soluens hoc faciat.vt l.fin.§. &  
 si præfatam. C.de iure deli. & iuxta ea quæ con-  
 suluit Paul. de Castr. consil. 179. viso puncto su-  
 pra-

prascripto & allegationibus. volum. 2. in nouis.  
 prout infr. dicemus in 24. quæst. in prin. & ita te-  
 net & prosequitur Sali. in d. l. col. fin. vers. sed iu-  
 xta hoc moueo. Aret. in §. fin. in prin. versi. non o  
 prædicta regula. Insti. de act. Vitalis in tract. c. au-  
 fula. sub Rub. An post renunc. beneficior. ces. bo.  
 col. 2. in prin. & dicemus infr. in 28. q. Sed quid si  
 talem fallitum fugientem, in domum meam re-  
 ceptauis? an illum creditoribus indicare & exhi-  
 bere, ut saltem ad eorum interesse teneat? Bald.  
 d. conf. 382. col. pen. in princ. versic. subsequenter  
 est videndum. tenet, quod illum indicare non  
 teneor, & minus secundum Gerard. in singul. 17.  
 Diligenter no. viuum exhibere, sed ad interesse  
 teneor, si fallitus sufficientia bona pro credito-  
 rum satisfactione non haberet, ubi per eum, in  
 fine.

## S V M M A R I A.

- 1 *Hæres hæreditatem adiens, non confessio inuentario, an cessionis beneficium habeat.*
- 2 *Debitor si post cessionem decebat, & eius hæ-  
reditatem adiuit, non confessio inuentario, an so-  
lidum teneatur, vel ut poterit cessionis exceptio-  
ne?*  
*Hæres inuentarium non conficiens: creditoribus ul-  
tra vires hæreditarias tenetur: & quomodo hoc pro-  
cedat, ibid. & nu. 2.*
- 3 *Hæreditas transit ad hæredes cum sua causa, suisq;  
vitjjs, eod. nu. 2.*
- 4 *Debitor non habens unde soluere poscit, carcerari  
non potest, si vult cedere bonis.*

De-

Debitor si post cessionem ad pinguorem fortunam peruenierit, non conuenitar nisi in quantum facere potest, eod.

Hæres eadem persona cum defuncto censetur, ibidem.

4 Delictum in committendo maius est, quam in omitendo.

Condition hæredis & defuncti, inaequalis esse non debet. eod.

5 Debitor si in id quod facere potest, condemnatus est, an eius hæres idem beneficium habebit?

6 Filius fam si per imperitiam tulit sententiam, quo casu non tenetur ultra quam eius patientur facultates, an eius hæres non confecto inuentario, idem priuilegium habebit.

7 Hæres non confecto inuentario, allegare non potest tot & tanta esse in hereditate bona, & illa non esse soluendo: secus, si confecto inuentario.

8 Beneficium quod datur certis personis, ut non tenentur ultra quam facere possint, non transit in heredem, nec infideiussores.

9 Beneficia personalia ad hæredes non transerunt.

10 Beneficium restitutionis in integrum, quoad quedam, personale est: quoad quedam, reale dicitur.

11 Hæres in foro pœnitentiali, non confecto inuentario, ultra vires hereditarias non tenetur.

Hæres non confecto inuentario, an bonis cedere valeat.

Quæ-

*Quæstio sexta, quartæ quæst. princip.*

- S**extò quæro, † nunquid hæres, qui non confecto inuentario hæreditatem adiuit, cessionis beneficium habeat? Respond. quod nō, quia in eo dolus & bonorum subtræctio præsumitur. §. sancimus. Authent.de hæredi. & Falci. Bald. consil. 382. in quæsti. M. colum. fin. ad finem. versicu. item si fallitus. numer. 9. volum. 5. Idem si rem aliquam furto subtraxit. l. non dubium. C. de lega. Bald. in l. i. colum. 2. tit. princip. versicul. quæro an hæres. C. titul. nostro. & Ias. post alios, in §. fin. 2. versicu. an autem ille. nume. 9. Institut.
- 2** de action. † Sed quid si debitor post bonorum cessionem decepsit, & eius hæres non confecto inuentario, hæreditatem adiuit, creditoresque ab eo petunt, vt totum soluat, an in solidum teneatur hæres, & ad cessionis beneficium, non admittatur, an verò vti cessionis exceptione poterit, vt defunctus poterat? Videbatur dicendum, quod in solidum teneatur, & cessionis beneficiū non habeat per ea quæ supra dicta sunt, quum etiam hæres de iure Digestorum, & Cod. inuentarium non conficiens, creditoribus ultra vires hæreditarias teneatur. l. quæ dotis. ff. solu. matrim. & l. fin. §. & si præfatam. & §. si verò postquam. C. de iure deliberandi. & §. si verò non fecerit. in Authent. de hæredi. & Falci. cum concordan. relatis per Boerium conf. 53. Sæp. in 2. colu. num. 3. Bald. verò in l. fin. in fine. C. tit. nostro contrariū determinat, dicens, quod ad totum non tenetur, quia licet inuentarium non fecerit, habet tamen defuncti beneficia, quia cum sua causa, suisque vitijs transit hæreditas, nec in plus tenetur hæres quam defunctus: & beneficia per defunctum adeptæ,

àdepta, ad hæredes transeunt: & eis tam in ager-  
 do, quām in excipiendo, competunt. Quæ op-  
 nio t̄ confirmari videtur. Nam certum est, quòd  
 ipse principalis debitor, si non habet vnde cre-  
 ditori satisfacere possit, carcerari non potest, si  
 vult cedere bonis, d.l.t.C.titul.nostro. & si bonis  
 cesserit, & posteà ad pinguiorem fortunam per-  
 uenerit, conueniri non potest, nisi in quantum fa-  
 cere potest, iuxta l. qui bonis. ff. eod. & l.ex con-  
 tractu. & ibi DD.C.de bonis authori. iudi. possi-  
 den. idem ergò erit in hærede, quum eadem per-  
 sona cum defuncto censeatur. §. Authen. de iu-  
 reiur. à morien. præst. cum vulga. & maior vide-  
 tur esse ratio in hærede, quod in quantum facere  
 potest, conueniri debeat, quām in defuncto, qui  
 cum creditoribus contraxit, & non soluendo,  
 immò bonis cedendo, quasi deliquit. hæres au-  
 tem omittendo delinquit ex eo, quòd inuentari-  
 um facere neglexit. t̄ Sed maius delictum est in  
 committendo, quām in omittendo, l. seruum. ff.  
 de verb. obliga. Roman.conf.330. circa primum.  
 colum. penul. circa finem, nume. 23. & si viueret  
 defunctus, & cessisset bonis, & de nouo faculta-  
 tes & bona acquisiuisset, non teneretur, nisi in-  
 quātum facere posset, d.l. qui bonis. & d.l. ex con-  
 tractu. ergò nec etiam hæres: quia defuncti & hæ-  
 redis conditio inæqualis esse non debet, & ex  
 persona hæredis oblig. conditio non mutatur, l.  
 2. §. ex his, de verb. obliga. His tamen non obstan-  
 contrariam opin. tenet Salice. in d.l.t. in fin. C.ti-  
 tul. nostro, qui mouetur pertext. in d. §. si verò nō  
 fecerit, vbi præsumptio est, quòd hæreditatem  
 opulentam & soluendo hæres inuenerit, & hæ-  
 reditaria bona suppresserit. & sic præsumpta  
 pinguedo exceptiones prius ab inopia caufatas

cessare facit, & hæc ratio secundum eum fortius est, nihilominus cogitandum relinquit. † Ego vero pro huius opinio. confirmatione contra Baldum adduco in l.2. versic. tertio quæro. C. quod cum eod. vbi querit: condemnatus est aliquis in quantum facere potest, nunquid eius heres idem habebit beneficium? arguit quod sic, quia licet non sit de se transitorium hoc beneficium, argument. l. verum. §. i. ff. pro socio. propter sententiam tamen fit ei transitio. quasi nunc ex iure sententiæ, non ex iure contractus agitur, atq[ue]men. l.3. §. idem scribit. ff. de pecul. contrarium tamen determinat, ne condemnatio vel eius heredi condemnatoria proficit. argum. l. euidenter. ff. de except. rei iudic. secundum Nic. de Matta. & aliam rationem adducit secundum eum subtiliorem, quia quamvis ista verba sint in sententia declarata, illud tamen est iuris beneficium, & non sententiæ, vt l. miles. §. i. ff. de re iudic. & ideo ad heredem non transit, quia personale, argum. l. non solùm. §. si puellæ. ff. de ritu nupt. & l. quia tale, 6 solut. matrimon. † Eundem Baldum etiam adduco in Authen. sed cum testator. in fin. versicu. item extra quæro. C. ad l. Fal. vbi querit, filiusfa. per imperitiam tulit sententiam, eius heres inventarium non fecit, certum est quod filius non tenetur nisi in quantum bono viro æquum videtur, id est, non tenetur ultra quam filij facultates patiatur inspecto sententiæ tempore, l. si filiusfa. ff. de iudi. Paris de Put. in tract. de syndi. in §. iudex malè iudicans, colum. 3. num. 7. ver. iudex qui iudicauit per imperitiam, nunquid eodem modo eius heres tenebitur, † qui inuentarium non confecit? Respon. Bald. quod non: ergo in solidum tenebitur, & sic ad cessionis beneficium

ficium propter non confecti inuentarij dolum, non admittitur. Adduco etiam quod haeres allegare non potest tot & tanta bona esse in hereditate, & illa non esse soluendo, nisi inuentarium confecerit, ut declarat Alex. & Doct. in l. si constante, in princ. col. 6. versi. tertio respondet, solut. matr. & Iaf. in l. fi. §. licentiam. col. 1. in fi. ver. ego omisso. C. de iure deliber. vbi inquit, quod quamvis vera & communiter approbata sit gl. in l. cum de lege. ff. de probation. quae voluit quod probare volens defuncti facultates non esse soluendo, sufficit quod dicat tota bona esse in hereditate, & non plura. Nihilominus intelligitur, quando presumptio cum eo sic afferente concurrit, prout patet in tex. d. §. licentiam. Ex quo enim haeres solenniter inuentarium fecit, presumptio est quod plura non sint in hereditate bona, & tunc probatio per modum praedictum sufficit, & ita tenet & prosequitur Alciat. in tracta. de presumt. in 20. presumptione 3. regulæ. Si ergo inuentarium non fuit confectum, per heredem, allegari non potest, hereditatem non esse soluendo: immo nisi contrarium probetur, soluendo esse presumitur, non confecto per heredem inuentario: & ideo concludendum videtur, quod non confecto inuentario, haeres cessionis exceptionem opponere non possit. & contra Bal. tenet Alexan. in d. l. fin. §. & si prefatam. pod princip. versic. aliis est casus, nume. 4. C. de iure delibe. dicens, quod haec opinio Bal. est contra tex. in l. maritum. cum l. seq. ff. sol. matr. Non obstat adducta per Bal. quia per eum allegata, eius intentionem non probant. fateor enim quod in integrum restitutionis beneficium quod minori defuncto competit, in heredem transit. Sed beneficium

ficiū quod certis datur personis, vt non teneantur, nisi in quantum facere potest, de quibus meminit Iurisconsultus in l. sunt qui in id, cum duabus legibus seq. ff. de re iudic. in hæredes nō transit, vt d.l. maritum, & ibi Alex. post alios, in prin. nec fideiuss. immò ipsi in solidum tenentur, vt est text. expressus in l. sciendum. ff. de re iud. in l. & si fideiuss. eod. titul. in l. sed & si ex parte. §. soli autem. ff. quod cum eod. & in l. verum. §. i. ff. prof. vbi apertè probatur, quod hoc beneficium hæredibus nōa competit, nec successoribus illius, cui tale beneficiū competebat. ratio est quia

9 hoc est beneficium personale, t. vt dicit tex. in d. l. verum. §. i. & gl. in d. §. soli autem. beneficia autem personalia ad hæredes nō transseunt, d.l. quia

10 tale. & l. eum cum simil. ff. de priuil. t. beneficium autem restitutiōis in integrum, quoad quædam, personale est, vt in casu in quib⁹ ad fidei. nō transit, quoad quædam, reale dicitur, vt quoad transmissionem ad hæredes, vt l. minor. §. fin. ff. de mino. & l. non solūm. ff. de in integr. restit. secundū Bart. in l. fi. versic. Sed contra hoc. C. de fideiuss. mino. & est ratio secundum Bal. in l. i. eod. titul. quia hæres personam principalem in eadem obligatione representat, fideiussor vero non: & si quis est ibi respectus, in diuersa est obligatio: ne: quia à principali diuersa est fideiussoris oblig. At in casu nostro beneficium quod defuncto competebat, qui bonis cessit, tale erat quod conueniri non poterat, nisi in quantum facere potest, vt d.l. qui bonis, & d.l. ex contract. ergo ad eius hæredem transfire non potest, ergo non perfecto inuentario, in foro judiciali conuenitur, non in id quod facere potest, sed in integrum, vt

11 inquit text. in d. l. sciendum, t. quod tamen in foro

foro pœnitentiali secùs dicédum est, in quo hæres vltra vires hæreditarias pon tenetur, quamvis inuentarium nō consecerit, secundūm Ioan. Andr. in c. quanquām de vñur. in 6. in nouel. super gloss. in verbo, dicebat. & in addit. ad Specu. in §. dicto. in versicu. nunc dicamus de inuentario. in addit. incip. an in foro conscientiæ. in titul. de instrumen. editio. quem refert Angel. in Rubric. ff. de acquiren. hæredit. & in l. more, eodem titu. & in l. i. §. hæc stipulatio, colum. 2. versicu. Sed in foro conscientiæ, nume. 3. ff. si cui plus quām per l. Falcid. cum alijs citatis per Boerium conf. 53. nume. 3. cum sequen. & ita conclu-  
dendum puto contra Baldum.

## S V M M A R I A.

- 1 Debitor qui non molestatur à suis creditoribus, an bonis cedere possit?
- 2 Beneficium cessionis, est miserabile & subsidia-  
rium auxilium, inuentum, vt quis carceres euita-  
re possit.

Debitor non molestatus à creditoribus,  
an bonis cedere valeat

Quæstio septima quartæ quæst. princip.

**S** Eptimò quæro, † nunquid debitor qui ab eius creditoribus non molestatur, bonis cé-  
dere possit? Iac. de Aretin. quem refert & se-  
quitur Albe. de Ros. in rubric. C. titu. nostro, in 2.  
colum. in fin. versic. Item quæritur nunquid de-  
bitor. & Cyn. in l. i. quæst. 8. eod. titu. quem etiam  
sequitur Bal. in §. fin. col. fi. vers. Quæro ulterius,

nunquid debitor, vbi Ioan. Fab. & Ias. in pen. col.  
in princ. in vers. 8, prædicta reg. Institut. de action.

- 2** tenet, quòd non, ratio est, † quia cessionis beneficium miserabile est, & subsidiarium auxilium adinuentum, vt quis carcerem euitare possit; quum ergo à creditoribus non molestetur, non est ad cessionem admittendus, quamuis enim debitor creditoribus non obstantibus soluere possit, non tamen bonis cedere yalet. Præterea si creditoribus non potentibus admitteretur cessio, defacili posset in bonis quærēdis creditoribus magnum fieri præiudicium, quod esse non debet, & ita firmat Boer. in decii. 349. Quæritur an ciuilter, col. 8. vers. Sic etiam debitor,

### S V M M A R I A.

- 1** *Exceptio excommunicationis, an excommunicato impedimentum præstet, vt ad bonorum cessionem non admittatur.*
- 2** *Clericus conuentus ab eius creditore, qua cautela in excipiendo uti possit.*
- 3** *Excommunicatus per sententiam ab auditore scripalati, admitti non potest per auditorem cameræ apostolica ad bonorum cessionem.*

*Excommunicatus an bonis cedere possit.*

### *Quæstio octaua, quartæ quæst. princip.*

- O** C R A V ò quæro, † nunquid excommunicationis exceptio præstet excommunicato impedimentum, vt ad bonorum cessionem non admittatur? Videatur dicendum quòd sic, per text.

text.in c.intelleximus,extr.de iudic.Fred.tamen de Senis,contrarium consuluit consi.193.In quæstione vertente. & sic debitor, non obstante excommunicatione, bonis cedere poterit, & per cessionem ab excommunicatiōe liberabitur, ut sentit gl.in c.Odoardus. in verbo,nō valentem. ibi, si cessisset bonis,& gloss.fina.secundum Abb.ibi, extr.de sol.vbi Imol.latè in penul.col.versi.iuxta prædicta quæritur, an exceptio excommunicationis. Sed aduertendum eit, quòd quamvis gloss.& Freder.sentiant, quòd per cessionem ab excommunicatione liberabitur, hoc tamen non est ita passim & absolutè verum, quum in d.c.Odoardus,debitor non fuerit carceratus , quamvis debitum agnosceret, nec cessit bonis, nec cedere paratus erat:nec aliqua de cessione sit mentio, immò secundum Anchar.& Abb. ibi in fine, clericus debitor ad cedendum.non arctatur, † sed tantùm in id quod facere potest, &,non ultra conuenitur. habita scilicet ratione ne egeat, quum alimentis quotidianis non sit fraudandus, ut diximus suprà in 3.quæstio.nume.10, cum sequen.& tenet Hostien.in summ.titu.nostro, in princ.& pauci hoc priui. habent secundum Rofre.in tracta.lib.in tit.de offic.iud.quo cur.datur bo.colum.1.in fin.versi.& est aliud. & prop̄terea Afflict.in const.reg.inci. Si quis cle.in 6.no.caute cle.præstat,quòd quādo ipse pro cūili debito et actiōe personali cōuenitur nō dicat,cedo bonis, quia tunc per creditorem dimissis ei solūm vestimentis spoliari posset, sed excipiendo dicat,ego sum priuilegiatus,quòd non possum nisi relictis mihi alimentis conueniri. & ita per supradicta iūra.tenet Imo.in d.c.Odoardus. quem sequitur Ias.in l.miles.colum.pen.de re iud. posset tamen

cedere bonis, si beneficio prædicto gaudere nollet, vt tenet Ro.in fin.565. quæro an eccl.in fin.& Aufre.in addi.ad Cap.Thol.super 236. Item fuit quæsitū, an exceptio cessiōis: Tu dic quòd quamvis in d.decretali Odoard. non appareat, debitorem fuisse carceratum, nec cessisse bonis, non negatur tamen ipsum etiam si voluerit, cedere posse iuxta textum in l.i.C.titu.nostro.& per Ro ma. vbi suprà, & cedendo ab excommunicatio ne liberabitur, quum illa decretalis aliud non exigat, nisi quòd constet debitorem in totum, vel in partem soluere nō posse, quòd per cessionem, vel per testes, vel quia bona sua fortuito casu perdidit, veletiam per proprium suum iuramen tum constare potest, & tunc ab excommunicati one absoluendus erit secundum dominos de Rota in decis. 567, vtrùm possit. in vltima cołum.

3 versic. nam dico in antiquis, † Scias tamen quòd excommunicatus per sententiam ab auditore sacri palatij, ad cessionis beneficium per auditorem cameræ Apostolicæ admitti non poterit, vt conclusum fuit per dominos de Rota, vt refert Aegid.in decis.196, vtrùm auditor cameræ.

## S V M M A R I A.

- 1 Subditi ad euitandum onera & collectas à superiore impositas, bonis cedere non possunt.
- 2 Debitor fisci quando non est soluendo, potest ob impositas collectas cedere bonis: si verò est soluendo, capitur: sed sub aperta custodia in palatio detinetur, donec soluerit, & nu. 4.
- 3 Debitor fisci ex delicto non cedit bonis, & cedendo non liberatur.

- 4 Debitor fisci ex causa tributaria carcerare non debet, sed sub honesta custodia, etiam si sit in soluendo contumax, detincri.
- 5 Debitor fisci ex contractu vel quasi, cedens bonis à carcere liberatur, etiam quod in soluendo sit contumax, & nu. 6.
- 7 Collecta a modo substantiae, id est, per as & libra imponi debet.  
Collectæ naturaliter sunt onera rerum, sed formaliter sunt onera personarum, ibid.  
Munera mixta quæ dicantur, ibid.  
Munus quale sit collecta, ibidem remisiuè.

Subditi ob collectas impositas, an bonis cedere possunt.

*Quæstio nona quartæ q. princip.*

**N**onò quæro, † Subditi, quibus aliquod imponitur onus publicum, vel collecta, an bonis cedere possint? Respond. quod non, ut est text. in l. propter. ybi Bald. & Salice. C. titu. nostro, sequitur Ias. in §. fin. colum. 3. in fin. vers. 6 supradicta regu. Inst. de act. Immò si ad cessionis beneficium fuissent in fisci fraudem admissi, non obstante cessione, ad collectarum solutionem compelli debent, & onera publica, pro bonorum quantitate, quæ possident, subire tenentur secundùm Paul. de Castr. in d. l. propter. Dicit tamen Joan. Fab. in d. §. quod fisci debitor, propter † collectas bonis cedere potest. Sed Cy. in d. l. i. q. 3. C. tit. nostro, limitat hoc procedere, quando nō est soluendo, quod sequitur Ias. in d. §. fi. col. 3. vers.

E s quin-

quinta suprascripta regula numer. 14. Si verò est soluendo, tunc capietur, sed non carcerabitur, donec soluerit. idem sentire videtur Bald. in d.l. 1. colum. 2. versic. quæro nunquid debitor fisci. Salicet ibidem, colum. 3. in princip. versicu. quæro sexto debitor fisci, quem sequitur Aretin. in d.s. fin. colum. 3. in princ. vers. quæro, an non tantum debitor, distinguit: Aut † fisci debitor, ex delicto debitor est, & cedere non potest, nec cedendo liberatur, ne delictum impunitum remaneat, l. ita vulneratus, §. penult. ff. ad legem Aquil. & etiam quia non valens soluere in ære, luit in corpus, l.

4 quicunque. cum vulga. C. de fer. fug. † Aut est debitor fisci ex causa tributaria, & tunc carcerari non debet, l. nemo. C. de exacto. tribut. lib. 10. intellige tamen secundum Alber. in l. diuus, ff. de custod. reor. si solueret paratus est, aut soluere non potest, vt not. per Dyn. in l. sacrilegi, la. 2. ff. ad legem Iul. pecul. & per Cyn. vbi suprà. & tunc honestè sub custodia detineri debet, etiam si in soluendo sit contumax, vt d.l. nemo, versi, si quis, & per Alber. in d.l. diuus, & est ratio secundum Salice. Quia tributa rebus, vel personæ propter res imponuntur, vt not. in l. indictiones, C. de annu. & tribu. lib. 10. Ideò quum reperiatur vnde solui possit, noluit lex quod talis debitor carceretur, sed tantum detineri iussit: ipso verò contumaciter non soluente, bona eius per fiscum venduntur, vt in d.l. nemo, & ideo inquit Alb. in d.l. diuus, in fi. quod est satis mirabile, quod prius persona detineatur, quam bona capiantur. † Aut est fisci debitor, ex contractu vel quasi, & tunc indistincte cedendo bonis, secundum eum, liberatur, & est gl. in §. pen. in verb. debita. Instit. de societ. quam allegat Guil. de Ludo. in suo sing. 44. incip.

gloss.

glo.est, quod debitor fisci. quam prius allegauit  
 Veronen.in cons.9. quidā ex delicto.in prin. quā  
 uis Cyn.in d.3.q.& Bart.in d.l.sacrilegi,§.fi.alias  
 l.cum eod.in fi.ff.ad l.Iul. pecu.dicant, quod si in  
 soluendo contumax erit, bonis cedere nō po-  
 terit, alias sic.fed hoc in debitore latitante,& debi-  
 tum non confitente procedit, vt declarat Sal. vbi  
 suprà, cuius op.i.michi placet,quia si cessionis be-  
 neficiū cuicunq; debitori conceditur, vt carce-  
 res effugere valeat,vt diximus suprà in 4.q.prin-  
 cipali,in prin.etiam in executione sententiæ,quæ  
 transiuit in rem iudicatā,vt etiam in 2.q.prin.di-  
 ctum est,ergo in iudicio,comparendo,& debitū  
 agnoscendo,quāuis contumax semper fuerit, ex  
 quo carcerari potest,ad cessionis beneficium ad-  
 mittetur,& sic cedendo liberabitur.d.l.r,C.titu.  
 nostro,alioquin sequeretur,quod dictæ leges, q̄  
 non distinguunt,in debitore tantum confitente,  
 & soluente,intelligerentur:quod non est dicen-  
 dum,imò etiam in debitum agnoscente,& illud  
 non soluente procedunt,vt ex illis colligitur. Si  
 t enim debitor solueret, vtiq; non carceraretur,  
 nec bonorum cessio requireretur: sed ex quo est  
 in soluendo contumax,carceratur: ideo vt à car-  
 ceribus liberetur , ad cessionis beneficium ad-  
 mittitur. Concludo igitur cum Salic.quod debi-  
 tor fisci ex contractu vel quasi,etiam quod in sol-  
 uendo sit contumax, debeat ad cessionis benefi-  
 ciū admitti,si in iudicio debitum agnoverit,&  
 carceretur,prout carcerari poterit,ne deterioris  
 conditionis sit fiscus,quam sit priuatus,vt inquit  
 Salicet. vbi suprà. & quia superius de collectis  
 mentionem feci,t sciendum est quod tales colle-  
 ctæ,pro modo substantiæ imponi debent, quod  
 vulgares per æs & libram appellant,& istæ col-  
 lectæ

6

7

Etæ naturalicer sunt onera rerum, id est, patrimoniū, sed formaliter sunt personarum subiectarum onera, quæ personis indicuntur: & quia forma & materia vnum totum faciunt, ideo munera mixta dicuntur. Bald. in d.l. propter, & in l. prædia. C. de fideicom. & tradit Petr. de Vbal. in tract. de collect. in primo cons. col. 4. ad fin. vers. restat modo. num. 8. & 9. & quale munus sit collecta, declarat Salicet. in l. placet. in vlt. col. vers. si militer videtur, C. de sacrosan. eccles.

## S V M M A R I A.

- 1 *Doctores legum, si non habent vnde creditoribus soluere possint, an bonis cedant, vel beneficium habent, ne conueniantur nisi in quantum facere possunt, & nu. 3.*
- 2 *Inopia & miseria, est caussa bonorum cessionis admittenda.*
- 3 *Doctor pro ciuili debito, nec capi, nec carcerari potest, quod etiam in medicinæ Doctore procedit.*  
*Nec à iudicis familia requiri potest, an penes se habeat arma, ibid.*
- 4 *Priuilegijs particularium personarum per generalē legem non derogatur.*
- 5 *Stante statuto, quod quilibet pro ciuili debito, non obstante quocunque priuilegio personaliter capi possit, sub hoc statuto non comprehenditur Doctor.*
- 6 *Clausula, non obstante quocunque priuilegio, non facit priuilegijs in corpore iuris insertis derogari.*

- 7 Doctores qui per viginti annos legerunt in studijs sacri palatij comites efficiuntur.
- 8 Doctores qui commodè ex aduocatione viuere possunt, priuilegium non habent, vt non conueniantur vltra quam facere possunt.
- 9 Doctores qua cautela vti debeat, quando actions personali conueniuntur.
- 10 Doctores aduocationis officium non exercentes, neq; publicè legentes, sed solo nomine sunt Doctores non gaudent beneficio, vt non conueniantur vltra quam facere possint.  
Idem si procuratoris officium exercent, eod. & numer. 15.
- 11 Procuratoris officium est vile, & non est dignitas, sed onus.  
Infantis quilibet potest esse procurator, ibid.
- 12 Tabellio dignitatem habere non dicitur.  
Tabellionatus officium, onus esse dicitur, & est officium vile, ibid.
- 13 Nobilis officium notariatus exercens, nobilitatem perdit, nisi sit Principis, aut communitatum notarius.
- 14 Aduocati officium est laudabile, & est dignitas, & honor.
- 15 Aduocatus procuratoris officium exercens, infamis dicitur, nisi sit Principis procurator.  
Doctor & Aduocatus quotidie militare dicitur, ibidem.
- 16 Doctorelli, Doctorum priuilegio non gaudent, & militibus nostri temporis postponendi sunt.
- 17 Doctores mercaturam exercentes, & pergulam tenentes

*tenentes, Doctorum priuilegio non gaudent, nobilitatem perdunt, & mechanici ac viles sunt.*

*Milites mercaturam exercentes, militiam & militiæ priuilegia perdunt, ibid.*

- 18 *Dactores per alios mercaturam exercentes, ratio nemq<sub>3</sub> interdum excutientes, Doctorum priuilegio non gaudent.*

### Doctores an cedant bonis.

#### Quæstio X. quartæ quæstionis principal.

- 1 **D**ecimò quero, an t̄ legum Doctores cedāt bonis, si eorum debita persoluere nō posse sunt? videtur dicendum quod sic, quum hoc beneficium fleibile & miserabile concedatur non habentibus vnde soluere possint. l.l. & l.fin.
- 2 C.tit.nostro, t̄ & ipsa miseria & inopia sit ipsius cessionis admittendæ cauſa, ergo miserijs & inopia detentis competit, vt cōſuluit Fred.de Sen. conf.193.in quæſtio.vertente, & tradit Imol.in c. Odoardus, colum. pen.in princ.vers. Querit etiam hic D̄ominus Petr. extr. de solut. t̄ Contrarium tamen est verius, quia ipsi priuilegium habent, vt conueniri non possint nisi in quantum facere possunt: & hoc est, quoniam Doctor pro ciuili debito realiter nec citari, nec carcerari potest, vt est tex. sing. & ibi not. gloss. & Bart. in l. medicos, C.de profess. & medi.lib. io. & not. Matthæſyl. in sing. lib. io. Not. quod legum Doctores. & ibi etiam dicit Bartol. quem sequitur Paris de Put. in tract. de Syndi. in §. Doctor. famili. potestatis, in princip. quod nec ab officialis familia perquiri potest, vtrūm habeat arma. idem tenet Bar. in tract. de carce. in tertia quæſt. & in l. si liber-

tūs. ff. de in ius voc. Quod tamen inquit Barto. d.  
 §. medicos, esse verum in Doctore actu legente in  
 studijs approbatis: alias secūs, & ibi quoque te-  
 net Ioan. de Plat. pro quo dicto allegari potest  
 text. in l. si duas, ff. de excusa. tuto. ego vero idem  
 dicendum puto in Doctore aduocationem exer-  
 cente. nam & patroni causarum, quales sunt ad-  
 uocati, dictum priuilegium habere dicuntur. gl.  
 est not. in l. aduocat. C. de aduo. diuer. iud. facit  
 text. in l. l. §. pen. ff. de bon. poss. ex testa. milit. se-  
 quitur Bart. Ioan. de Imol. Alex. & Ias. in d. l. mi-  
 les, idem contra Bart. in d. l. medicos, probat Guid.  
 Pap. in quest. 88. Sed quare, vers. & credo quod i-  
 sta, & in q. 388. Quod vero. & Ripa in 2. lib. respō-  
 forum, c. 20. nu. 9. alias responso i. sub Rubric. de  
 muner. & hono. tam nobil. quam cle. & quod in  
 legum Doct. diximus, idem in medicinæ Docto.  
 procedit, & in alijs de quibus in d. l. medicos. Sed  
 in poetis & calculatorib. de quibus ibi gl. locum  
 non habet, & idem in filijs & dictorum Doctorū  
 familia procedit, viuentibus tamen ipsis Doctorū  
 ribus, & non post eorum mortem, secundum gl.  
 ibi. Quod etiam procedit, si statutum disponeret  
 quod quilibet pro ciuili debito personaliter capi possit, arg. not. in l. si serui nostri, C. de noxali.  
 & in c. cum dilectus, extr. de consuet. † Quia per  
 generalem legem nunquam particularium perso-  
 narum priuilegijs derogatum videtur, vt not. in  
 l. decurio. C. de silentia. li. 12. & in §. quia vero, in  
 l. conftia. C. & not. in l. in testa. C. de testamē. Imò  
 fortius, si statutū dictaret, † qd quilibet pro ciuili  
 debitō personaliter capi possit, non obstante quo-  
 cunq; priuilegio, adhuc Doctor ut supra eadem  
 gaudet prærogatiua, quia per illa verba, non ob-  
 stante quocunque priuilegio, † non intelligitur  
 priui-

priuilegijs in corpore iuris insertis derogatum, gloss.est not.in l.z. §. omnes, & l.hæres absens, in princ.ff.de iudic. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim.agi opor.& in dictis locis per Dd. & per Bart. valdè singulariter in extrauag. ad repri mendum,super verbo , noh obstantibus , & per Matthæsyl.in d.sing.lib. 10. No. quod legum Doctores.quæ perpetuò tene menti.Nec tibi mirum videatur,quod Doctores legentes hoc priuilegiūm habeant, vt suprà dicebat Barto. † Quia Doctores qui per 20. annos legerunt in studijs, sacri palatij comites efficiuntur , vt I. i. C. de profess. qui in vrbe Constant.lib. 12. & ibi per Bar. in l. Alexandrinis,C. de decurio.lib. 10. per eundem in proœmio C.in 3.col.versf.sed si legisset,num. 2. Si ergo capi & carcerari non possunt Doctores, de quibus suprà. igitur non cedunt bonis, sed priuilegium habent,quod conueniri non possunt, nisi in quantum facere possunt, deducto ne egeant, vt voluit gloss.Bart. Alexan. Iaf. & communiter

- 7 Doct.in d.l.miles. † Intellige tamen, si commodè ex aduocatione viuere non possunt , vt declarat Paulus de Castr.in l.maritum,colum. 2.ad finem . versi.in gloss.prima.quem sequitur Alexā. ibi in
- 8 apostil.ad Bart. ff. solut. matr. † Cauti igitur esse debent Doctores prædicti , quando actione personali conueniuntur,vt non cedant bonis, sed opponant,& in iudicio priuilegium prædictum allegent,vt de clericō diximus suprà in 8. quæst.nu me. 2. † Fallit tamen in Doctoribus,qui aduocationis officium actu non exercent, vt in quampluribus locis videmus, vt quia in iure non allegant non consulunt,nec publicè ob eorum ignorantiam legunt,sed solo nomine Docto.sunt , vt per Alexan.in l.centurio,col.4.in princ.nuine. 17. ff.

de vulga. & pup. & procurationis officium exer-  
cent. tale enim officium est vile, secundum Rom.  
in singu. 814. <sup>†</sup> Tu habes quod officium non est di-  
gnitas, sed onus, gloss. in l. i. §. hoc edicto. in ver-  
bo, certis personis, ff. de postulan. & est text. cum  
glos. in l. si quis procurationem, C. de decurion.  
lib. 10. Si enim dignitas esset, in infamem cadere  
non posset, prout cadit. l. 2. C. de dignit. libr. 12. &  
ibi latè per Bartolum. quilibet infamis procura-  
tor esse possit. §. finali. Instit. de except. sicut de ta-  
bellione dicimus, qui dignitatem habere nō dicí-  
tur, quia tabellionatus officiū onus esse dicitur,  
vt not. glo. sing. in l. fin. C. qui milit. non poss. lib.  
12. & plenè per Bart. in l. eadem. §. i. ad leg. Iul. re-  
petun. & per Aret. in d. §. fin. & est officium vile,  
vt pulchrè per Aymo. cons. 163. Videntur est. in  
princip. volum. i. <sup>†</sup> vbi notariatus officium exer-  
cens, nobilitatem perdit, nisi ad latus Principis  
esset notarius, vt est text. in l. i. C. de manda. prin.  
& tradit Aret. supr. tunc enim dignitatem habe-  
re diceretur. Barb. in tract. de præstan. Cardi. in i.  
quæstio. Basilica, primæ part. nume. 40. sub versi.  
7. Cardinales sunt consiliarij. & plura adducit di-  
plomata in Apostil. ad Bartol. consi. 147. Ser. Ioan-  
nes. sub num. 9. in prima part. & Modern. in addi-  
tio. ad Roman. in d. singu. 814. & latè scribit Boer.  
in decisio. 222. Secretarij. colum. 5. numer. 12. & 13.  
Quod est not. pro Principum & Communitatū  
Cancellarijs. <sup>†</sup> Aduocati verò officium est lau-  
dabile, l. laudabile. C. de aduocat. diuers. iudic.  
& esse aduocatum, est honor & dignitas, vñ ibi.  
& tradit Bartol. in l. fina. C. de Iudæ. & in prima  
constitutio. Codic. colum. 3. versicu. Quæro circa  
hæc, vtrum Doctoratus. & ibi Salice. vbi allegat  
tex. in c. quanto. ext. de magistr. & ibi tenet Abb.

& est communis opinio secundum Ioan. de Ana-  
ibi in 2. colum. vt refert Deci. conf. 161. Pro domi-  
no præposito, colum. i. versic. 1. tert: ò consideran-  
dum est, cum alijs relatis per Alexand. in dicta l:  
centurio, colum. 3. in princip. vers. & quod Do-  
ctor præferendus, & Doctori multa dantur pri-  
uilegia, vt in l. sancimus, la. i. C. de aduoca. diuer-

15 iudi. † Aduocatus igitur Procuratoris officium  
exercens, infamis videtur, secundum Ioan. Fab.  
& Aret. in §. præterea. il. secundo, in secunda co-  
lum. in fine. & in d. §. fin. colum. fin. versic. & ideò  
Doct. Instit. de except. & hoc est, quia Doctor &  
aduocatus quotidie militare dicitur, l. aduocat.  
C. de aduocat. diuerso. iudic. & sic quum sit in ex-  
ercitio suæ militiæ, procurator esse non potest,  
nec propter utilitatem procuratoris officium ex-  
ercere, Bartol. in l. vniuersos, & in d. l. si quis pro-  
curationem. C. de decurion. lib. 10. nisi eliet Prin-  
cipis procurator, quia tunc posset, ex quo est dig-  
nitas & officium nobile, vt est text. in l. nemo pre-  
fectus, C. de dignita. libr. 12. quem multum not.  
Roman. in d. singu. 814. vt refert & sequitur Iason  
Rubr. C. de procura. in quinta differentia, vel of-  
ficiu m aduocati non exercebat. † eo enim casu

16 procuratoris officium exercere posset, vt distin-  
guit Aretin. in d. §. præterea, colum. 3. in princ. &  
propterea dicit Bald. in procem. sforum, in fine,  
quem sequitur Alexand. in d. l. centurio, colum.  
2. post principium, versicu. Octauò pro hoc fa-  
cit & Aretin. in d. §. præterea, colum. 2. in fine,  
versicu. An autem miles, quod huiusmodi Do-  
ctorelli, Doctorum priuilegio minimè gaudent,  
& consequenter militibus nostri temporis post-  
ponendi sunt. † Fallit etiam in Doctoribus mer-  
caturam exercentibus, vel pergulam tenentibus,  
quia

quia per tale exercitium inobilitatem perdunt,  
 & dignitatem, quæ cum tali exercitio non compatitur, l. antepenult. C. de cohortali. & princip.  
 libr. 12. & 1.3. C. de commer. & mercato. & tradit  
 Guil. Pa. in quæst. 196. Nobiles, quum isti tales me  
 chanici & viles sint, secundùm Baldum in l. in te  
 stament. in fin. C. de testamen. milit. Sicut milites  
 per talem negotiationem militiam perdunt, vt  
 in l. vnicā, C. negotia. ne mili. libr. 12. & latè scri-  
 pserunt Mod. Anchon. in tractat. de mercatur. in  
 3. parte mercaturæ, numer. 12. verfic. <sup>18</sup> Remouetur  
 etiam cum sequent. & quamuis hoc procedat,  
 quando per se met ipsos id faciunt, tali vacantes  
 exercitio, vt voluit Cagnol. in l. is damnum, col.  
 2. verfic. Hinc etiam est. numer. 4. ff. de regul. iur.  
 & Aymo dicto conf. 63. colum. 1. Nihilominus  
 & locum habet in his, qui interdum rationes ex-  
 cutiunt, emuntque merces, & illas postmodum  
 per alios venundari faciunt, vt tradit Roman. A-  
 reti. & Iat. in l. scriniarios, C. de testamē. milit. &  
 Alcia. in l. mercis, la. 2. de verb. sign. ff. quos Mod.  
 prædicti referunt in dicto tract. in 1. part. merca-  
 turæ, num. 66. versi. Scio & illud.

## S V M M A R I A.

- 1 Miles non cedit bonus, sed priuilegium habet, ne te  
 neatur nisi in quantum facere potest, etiam quod  
 debitum ob militiam causatum extra castra con-  
 traxerit.  
*Miles pro ciuili debito nec capi, nec carcerari po-  
 test, ibid.*
- 2 Stipendiarij nostri temporis, qui sunt armigeri, no-  
 tamen milites, priuilegio gaudent ut non conueni-  
 antur, nisi in quantum facere possunt.

- Stipendiarij non iurant eo modo, quo milites iurare tenentur, ibid.*
- 3** *Milites inermis militiae, qui equites nuncupantur priuilegio non gaudent, quo veri milites gaudent, nu. 9. & 10.*
- 4** *Equites licet insignia veteris obseruantiae non habent, quae in militibus requirebantur, insignia tamen habent nouae obseruantiae, quae loco veteris successerunt.*  
*Equites qui à Papa creantur, ab eo benedicuntur, ibid.*
- 5** *Doctores aduocationis officium non excentes, doctoris priuilegio non gaudent, quia in actu & exercitio Doctoris non sunt.*  
*Milites qui domi sunt, vel vagabundi, priuilegio non gaudent, vt non conueniantur vltra quam fare posseint, ibid.*
- 6** *Iura de militibus loquentia, in veterani qui rei militari non insistunt, locum non habent.*
- 7** *Milites nostri temporis, negotijs & mercantij instantes, militare non dicuntur: secus si armis vacarent, & ad Reipublica, sive Regis defensionem parati essent.*  
*Milites rei militari non vacantes, militari priuilegio carere debent. ibid.*  
*Cessante priuilegiij causa, priuilegium cessare debet, ibid.*
- 8** *Miles si non est matriculatus, vt sunt hodierni temporis milites, censetur vt priuatus, seu tanquam paganus.*
- ii** *Milites nostri temporis hodie priuilegium non habent;*

bent, quod iure priuilegiato testari possint, sed habent quod non torqueantur, & non suspendantur pro eo delicto, pro quo plebeius suspenderetur, & num. 12.

Priuilegium militibus concessum, ut non torqueantur, ratione dignitatis & nobilitatis concessum fuit, ibid.

Nec valet consuetudo, aut statutum, contrarium disponens, ibid.

Doctor, etiam si ignorantissimus sit, torqueri non potest, nec consuetudo contraria valet, ibidem.

Doctor in crimen laesa maiestatis prodictionis populi, falsitatis & simoniae, torqueri potest, sed prius de gradari debet, ibid.

12 Miles ob turpitudinem ad furcas suspendi non potest, nec etiam de consuetudine, nisi ob latrociniuum.

13 Milites nostri temporis, à quibus rebus & negotijs se abstinere debeant.

14 Miles qui litis fienda, vel debiti non soluendi causa effectus est, instantे creditore, à militia solui debet.

15 Miles renunciare non potest priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere potest.

16 Milites, clerici, & Doctores pro ciuili debito capi & carcerari possunt, si fugitiui vel de instantiuga suspecti sunt.

17 Carceratus pro ciuili vel criminali caussa, an pro alia recommendari possit.

18 Causa minor maiori praejudicari non debet.

- 19 Pœna vnius delicti, pœnam alterius excludere non debet, quando plura sunt delicta.
- 20 Impositio maioris pœnae, per minorem differri non debet.
- 21 Carceratus profisi alii debito, propriuato debitore commendari potest.
- 22 Tractatus de carceribus, quamvis Bartolo attributatur, editus tamen fuit a Baldo.
- 23 Carceratus propriuato debito, potest profisci debito & pro delicto recommendari.
- 24 Captus pro ciuili debito, si captura fuit nulla, pro alio debito retineri non potest.
- 25 Adhæres semper adhærere debet in eo statu, in quo inuenit id cui adhæret.
- 26 Captus si quis est pro ciuili debito, & captura tenet, & de iure communi loquimur: captura persona fieri non potest, nisi in casu iudicati.  
Carceratus, dato eius filio fideiussore, excarcerari debet, dummodò filius sit idoneus, ibid.
- 27 Creditores duo ex contractu si eandem causam nā lucratiuam prætentunt, & pro se sententiam habent & de capiendo licentiam, si debtor ad vnius instantiam captus & carceratus fuit, etiā ad alterius instantiam pro eius credito recommendari potest.
- Captura est quædam realis citatio.  
Præsens uitari non debet, sed ei præcipitur ut non discedat, ante quam solu. it. ibid.
- Præceptum de non recedendo, debitori factum, quædam noua citatio dicitur, ibid.
- 28 Captura & recommendatio facta die feriata in ho-

*honorem Dei non valet, nec tenet.*

- 29 Debitor per suspicionem post contractum superuenientem, die feriata in honorem Dei, capi potest.
- 30 Recommendari non potest in carceribus debitor, qui per suspicionem superuenientem captus fuit in die feriata in honorem Dei.
- 31 Cautela pro creditore contra debitorem captum in honorem Dei, ad alterius creditoris instantiam, & die feriata relaxatum.  
Carceratus si die feriata in honorem Dei relaxatur, ad alterius creditoris instantiam, ratione nouæ suspicionis fugax, iterum capi potest, ibidem.
- 32 Carceratus ad creditoris instantiam pro se sententiam habentis, non potest in carceribus ad instantiam alterius creditoris, sententiam pro se non habentis, recommendari.  
Cautela pro debitore, ut à carcerib. relaxetur, ante quam ibi ad alterius creditoris instantiam recom mendetur. *ibid.*
- 33 Carceratus pro delicto pro ciuili debito, recommendari non potest, *n. 35.*
- 34 Saluus conductus si est datus de stando & liberè veniendo, intelligitur etiam de liberè recedendo datus.
- 36 Custos carcerum depositario parificatur.
- 37 Captus si cum iuramento de reuertendo relaxatur, & non reuertitur, an periury pœna puniatur?
- 38 Carceratus iniuste, an pro iusta causa recommendari

*mendari possit?*

**39** *Captus & carceratus per vnum iudicem, per aliū relaxari non potest.*

Miles an cedat bonis.

*Quæstio undecima, quarta quæst.  
Principalis.*

**V**NDECIMo quæro, tñ nunquid miles ad bonorum cessionem admittatur, si carceres euitare velit, aut priuilegium habeat, ne conueniatur yltrà quam facere possit? Respond. quod triplicis generis reperiuntur milites. Aliqui sunt armatæ militiæ, quidam inermis militiæ, nonnulli cœlestis militiæ. Quo ad primum, communis est conclusio, quod ex quo pro ciuili debito personaliter capi & carcerari non possunt, vt est textus, & ibi nota. communiter scribentes in l.miles, ff.de re iud. & declarat Baldus in l.i.in fine.C.titu.nostro.dummodò tamen debitum illud in castris, & non vagando per mundum, vel domi moram trahendo contraxerint, secundùm gloss.in d.l.miles, cum qua transeunt ibi Doctores, & tenet Salic.in d.l.colum.fin.verificu. QUÆRO 12. Quinimmò etiam pro debito extrà castra contracto, caussato tamen ob militiam, putà pro armis & equis emendis. Caccialup. in tracta. de debit. suspect.in s. quæst.principali, col.2.verific. Quintò quæritur, num.12.& Doct.in d.l.miles, non coguntur cedere bonis, quum priuilegio gaudeant, vt conueniri non possint, nisi ad id quod facere possunt, deducto ne egeant, vt cōmuniter tenent Dd.in d.l.miles, & ita cōcludit Bald.

Bald.in d.l.i.in fin. quem sequitur Alex.in l. centurio,col.s.in prin. vers. Accedat quod pulchrè. ff.de vulg. & pup.& Euerar.in tract.de modo argu. 22. locus à mili.arm. mili.coelest. mili.in litera A.il. primo. † Vtrum autem stipendiarij nostris temporis, qui armigeri sunt, non tamen milites, hoc priuilegio gaudeant, vt pro debito in castris contracto, vel castrorum occasione non teneantur, nisi in quantum facere possunt? Reperio Pau.de Castr.in l.scriniarios.C.de milita. testamen. dicentem, quod milites nostri temporis, qui in actu militari non se exercent, priuilegijs militum non gaudent, allegat Cyn.de iur.& fact.igno.idem tenet Bart.in l. ex eo. ff.de milita. testam.& Bald.in rub.ext.de maio.& obedien.in 1.col.dicens, quod qui non est miles, non militet ergo militis priuilegio gaudere non debet, idem firmitat Salic.in d.l.i.col.fi.d.vers. Quæro 12. Deinde subdit Pau.de Castr. quod si quis stipendiarius suæ ciuitatis esset, & in expeditione militiri se exercet, non tamen est miles, sed ad stipendum conductus suæ communitati seruit, putà Florentinus à Republica Florentina, an militum priuilegio gaudeat quoad bona, quæ in eius ciuitate, vel suo comitatu possidet, inquit ipse primo videri quod non, quia non iurat eo modo, quo milites iurare tenentur, in l.pen. ff.ex quib' caus. maio. & quia stipendia recipiunt, sicut alij extranei. contrarium tamen determinat, quod gaudeat sicut olim in ciuib.Romanis, qui stipendia recipiebant, vt in tit.de erog.milit.anno.lib. 12. & ita tenet & sequitur Alexand. ibi in fin. dicens, quod solennitas & ordo, qui olim in assumptione seruabatur, in vsu esse desijt, remaneat tamen effectus. Non obstat secundum eum ibi,

F 5 quod

quod isti hostierni stipendiarij non iurent, quia hodiè illa obseruantia non est in usu, & ab aula recessit, sed sufficit, quod eorum Capitaneus pro omnibus iuret, & dicit, quod etiam ipsi fidelitatis iuramentum de consuetudine præstant. idem tenet Paul. de Cast. in l. sancimus. C. de test. milit. dicens, quod milites nostri temporis qui pro Republica non occupantur, sed per plateas vaduat, & propria gerunt negotia, & in sessionibus honorantur, militum priuilegia non habent: si vero ciuitas propria guerram haberet, & ipsi ad ciuitatis stipendia permanerent, sicut alij stipendiarij, priuilegia in eorum ciuitate habere debent, sicut Romani milites habebant qui in expeditione militari pro Republica stabant, & tamen stipendia habebant non solum militis, sed quorumcunq; armorum hominum, qui stant ad ciuitatis stipendia: & potius militaris actus, quam cingulum inspicitur: & hodiè non est in usu, quod omnes armigeri milites sint, & ideo quum pauci milites sint, non est curandum an sint milites. Ange. & Imol. in l. illa autem institutio. ff. ce hære. inst. dum de stipendiarijs hodierni temporis loquuntur, sentire videtur, quod si in Ecclesia Romana vel Imperij seruitium sint militates, militari priuilegio gaudet. & hanc op. sequitur Soci. in l. centurio, col. i. & ibi Ripa in 3. col. vers. secundò dubitatur. de vulg. & pup. ybi inferunt ad milites Rhodianos, qui semper pro Christianæ religionis defensionis mortem oppetere parati sunt, & eandem opin. sequitur Dec. conf. 578.

**3** viso confi. colum. i. versi. Primò, antestator. Circa secundum de militibus inermis militiæ, quales nostri temporis milites dici possunt, qui equites nuncupatur, vtentes deauratis calcaribus (& prout

prout etiā sunt in hac Romādiolę prouincia milites Lauretani) qui vt refert Cy. post 1a.de Ra.in d.l.i. in 6.q.C.de iur. & fac.igno.ense cinguntur, aqua balneatur, antecedere prētendunt in sessiōnibus, in potu, & in honore pellis varij, & deauratorū calcarium, cum quadā reuerentia prærogatiua salutari quārunt, an eodē priuilegio, quo veri milites gaudeant, vt non teneātur nisi in id quod fatere possunt, variæ fuerunt opin. Nam Iac. Pet. Cyn. & Bald. in d.l.i. parrem negatiuam amplectuntur, ex quo ocijs vacant, & quotidiē stant supe banchis, & per plateas ambulat. idem firmat Alber. in l.militem. C de procurat. vbi refert ita de facto obtinuisse. idem tenet Bald. in l.in testamento, in fin. C.de milita. testamen. dicens quōdmilites Tusciæ, & maximè Florentini, qui magis mercantijs, quam gloriæ militari student, & non Reipub. causa, sed ad pompam militant, nilitum priuilegijs non gaudent, quia tanquam oriuati sunt, allegant not. per gloss. l. eos. C de officiis. magistr. milit. & in l. penultim. ff. ex quibus caus. maio. & ita tenent Canonist. in c. in nostra extr. de procurat. Bal. tamen in d.l.i. in fi. C. triu nostro, teñet, quod etiam nostri temporis milites, vt prænominati sunt, militum priuilegio gaudent, & pro contraetus vel vltimæ voluntatis debito carcerari nō possunt, quia veri milites sunt, alioquin falso vterentur vocabulo, quod dicere fatuitas esset: & quamuis veteris obseruantia insignia non habeant, quæ in militibus requirebantur, de quibus per gloss. in d.l. penult. & declarat Abb. in d.c. in nostra, colum. fi. vers. ex qua colligitur. habent tamen nouæ obseruantia insignia, quæ iure cuiusdam translatiōnis loco veteris successerunt, vt habetur in c.

- translatio, & ibi Felin. in 3. col. in prin. versi. & adde Bald. extr. de constitut. & maximè, quando à Papa creantur, qui ab eo benedicuntur, ut de benedictionis forma patere dixit in Pontificali, in 1. part. 163. alias 133. & idem refert de his qui à principibus creantur. & quamvis ab eis non benedicantur, eisdem tamen gaudent priuilegijs,
- 5 quid tenendum? Respon. † quòd tutius est tene-re, quòd veri militis priuilegio non gaudеant. Quia & Doctores qui in expeditione & aduoca-tionis exercitio non sunt sed solo nomine, & nō actu sunt Doctores, vt refert Alexan. in d.l. centurio, colum. 4. in prin. num. 17. versi. & sic rema-net conclusio, Doctorum priuilegio, qui actu & exercitio Doctores sunt, non gaudent. vt in præ-cedenti quæst. in prima fal. diximus, & ita tenet Salice. in d.l. 1. in vltima colum. ver sic Quæro 12. dicens, quòd milites qui domi sunt, ve vagabun-di, priuilegium non habent, de quo ind. l. miles. per gl. & Bar. & potissimè qui domi stant, & non in castris, vt sunt prænominati, & ita concludit Alexand. in d.l. centurio, in 4. colum. ver sic u. se-cundò iuxta expositionem. † Quia videmus, quòd iura de militibus loquentia in veteranis, qui rei militari non insistunt, locum sibi non vendicant, l. ad veterani. ff. ad l. Falcid. l. filius fa. §. veterani. cum sequen. ff. de procurat. præter-quam quoad quædam enumerata in l. 1. & quasi 6 per totum. ff. de priuileg. vetera. † Prætereà mi-lites nostri temporis si negotijs & mercaatijs va-cant, non proptereà militare dicuntur, l. vnicā. C. nego. ne milit. 12. faciunt quæ habentur in d. l pen. ff. ex quibus cau. maio. & Instit. de testa.mi-lit. in prin. & §. fi. in Authen. de manda. prin. vb. 7 doss. aperte voluit, quòd milites illi, de quibu-i ibis

ibi, non obseruantes, priuilegijs non gaudent. Quum ergo milites nostri temporis non obseruent, pro militibus haberi non debent, l. si quis. C.de fabricens.lib.12.& l.nominationes.C.de appell. & dato quod in assumptione militiae solennia interuenissent, si tamen rei militari non incumbunt, priuilegio militari carere debent, l. qui sub pretextu.C.de restit.milit.cum concord. Præterea cessante priuilegij causa, priuilegium cessare debet, l.Titio Seio. §.vsuras. de legat.2.l. generaliter.C.de episcop. & cler. &c. cum cef-  
sante.cum mater.ff. de appella. sed in milite sta-  
tutum fuit, vt armis ac Republicæ tuendæ foret  
intentus, & in ipsis militibus hostri temporis no  
seruatur , ergo eorum priuilegium cessare de-  
bet. † Ultimò si miles non est matriculatus, vt 8  
sunt hodierni temporis milites, censetur vt pri-  
uatus, seu tanquam paganus secundum gloss.in  
d.l.eos.C.de offic. magistr. milit. quam reputat  
not. Bald.in l.non ignorat,colum.5. in princip.  
versic.in clericatu credo. C.qui accusa.non poss.  
& in d.l.scriniarios.ergo militis priuilegio gau-  
dere non debet, de quo in d. l. miles. & in hanc  
sententiā, † quod milites nostri temporis, veri  
militis, qui se in castris exercent,priuilegio non  
gaudent,concordat Specul. & Ioan.Andr. in §.l.  
versicu.Item quod est miles. in titu.de procurat.  
& in §.l.versic. Item excipitur quod est miles.in  
titu.de accusat.& Ioan. And. in c.cum desideres.  
& ibi omnes Canon. extr. de sent. excom. & Al-  
beri.in d.l.pen. ex quibus caus.maio. vbi refert,  
quod magis communiter seruari vidit, quod ve-  
ri militis priuilegio non gaudeant. & ita tenet  
Marian.Socin.in tract.de citatio.in §.articu.quæ-  
stio.18.versicu.17. fallit cum multis concord. re-  
latis

latis per Alex.in d.l.centurio,colum.4.ante fin.  
versi.& in hanc sententiam.Fallit tamen secun-  
dum Iac.de Ra.in d.l.i.de iur. & fact.igno. quem  
sequitur ibi Cyn.in 6.quæst. & ibi Salic. in 4.co-  
lum.sub nume.9.nisi ratio & causa subesset,pro-  
pter quam aliquod militibus priuilegium à iure  
concessum fuisse. Vnde si quispiam ex militi-  
bus nostri temporis vacaret armis,& ad Reipub-  
licę,Ciuitatis,aut regis domini sui defensionem  
paratus esset, prout sunt in regno Neapolitano,  
**I**priuilegijs militaribus gauderet , t vt potius  
priuilegij concéssi causa, quàm creationis mo-  
dus & forma consideretur,vt d.l qui sub p̄tētex-  
tu. alioqui si ratio & priuilegij causa in eis ces-  
at, tunc illo priuilegio non gaudent, vt patet  
in d.l.ex testamento.C.de testam.milit. & decla-  
rat Alberic. in d.l.penul. versicu. & quod dica-  
tur. & sic milites nostri temporis, qui ad pom-  
pam & extra solennitatem antiquam, de qua ha-  
bes pulchram gloss.in l.milites.ff.ex quibus cau-  
sis maiores, creatur non gaudent d.priuilegio.  
Quare cùm in illorum sumptione multa inue-  
niantur deficere,nec illa obseruentur quæ in an-  
tiqua militia oportebat obseruari, militaribus  
priuilegijs non gaudebunt, & in Authentic.de  
mandatis principum.§.fina. collat. 3. cum ibi  
notatis. Quemadmodum si non seruatur solen-  
nitas fabricensium,cùm quis fabricensis creatur,  
non habetur pro fabricensi, & illi fabricensium  
priuilegia denegabuntur, l. si quis confortium.  
C.de fabricensib. libr.ii.argumen. l.generaliter,  
versicu.eos tamen.C. de Episco. & cleric. ita &  
in huiusmodi militibus: & quòd hi in nulla es-  
sent dignitate, nec in specie nec in genere, sed  
simplex militia non est dignitas, glo.in l. i. C. de  
equestr.

equestr. dignitate. Barto. in ea.l. in tempore. ff. de  
 testam. milit. & hoc sine dubio procedit in illis  
 qui non sunt matriculati. Tales enim censentur  
 pagani, aut quasi, seu non milites. † Aliud in veris  
 militibus diceretur, qui etiam sine priuilegio te-  
 stari ut dicitur, nō possint. habent tamen hoc pri-  
 uilegium ut non torqueantur neque suspendan-  
 tur pro eo delicto, quo plebeius suspenderetur,  
 & sufficit quod effectu alio ullam dignitatem ar-  
 mis se exerceant. Alex. in l. scrinarios. C. de te-  
 stamen. milita. Tenendum ergo quod de iure mi-  
 lites veri, quæstionibus non subijciantur, quod  
 priuilegium habebant, quia ratione dignitatis  
 & nobilitatis concessum fuit, ut l. nullus. C. ad  
 l. Iuliam maiest. & c. sed miles. de pace tenen. &  
 eius viola. in vſib. feudo. & hæc priuilegia hodi-  
 erni milites habent, l. milites. C. de quæstioni-  
 bus. secundum Salicet. in d.l.t.colum. 4. in fin. 5.  
 quæstio. de iur. & fact. ignor. quem etiam sequi-  
 tur Alex. in d.l.centurio, colum. 5. in prin. versic.  
 Ex his infert. nu. 24. & Brunus in tracta. de indi.  
 & tortu. in 4. q. princ. secundæ partis, colum. 4. in  
 princip. versic. Sed quid de militibus. & Euerar.  
 in d. 22. argum. locus à mili. arma. milit. sub lite-  
 ra A. & B. il. i. vbi etiam subdit consuetudinem  
 vel statutum disponens milites torqueri posse,  
 non valere, iuribus ibi per eum allegatis, & ple-  
 nè per Modern. in addit. ad Roma. in singul. 494.  
 Milites. Idem priuilegium habet Doctor, ut tor-  
 queri non possit, quamuis ignorantissimus sit, ne  
 dignitas Doctoris de honestetur, ut per Ripam in  
 d.l.centurio, col. 6. in princ. sub num. 17. vers. Qua-  
 ratione. & ita communiter tenetur, nec contra-  
 ria consuetudo valet, ut tenet Roma. in d. singul.  
 494. Paris de Put. in tracta. syndi. in §. An Doctor  
 seu

- seu aduocatus possit torqueri, vbi plenè, & Mar-  
fil. in singu. 556. Plura, vt credo, quem sequuntur  
Moder. Rhei. in sua pract. crim. super repe. l. ob-  
seruare, in prin. sub nu. 180. ibi item excipiuntur  
Doct. C. quorum appella. & latè tradunt Moder.  
in addit. ad Matthæ fil. in singu. 59. Nota quòd le-  
gum Doctores, vbi tenent hoc procedere in Do-  
ctorate actu legente, & non in alijs, quinimò con-  
cludunt Marfi. & Mod. Rhei. vbi suprà, quòd in  
casibus in quibus Doctor torqueri posset, vt in  
crimine læsæ maiestatis, proditionis populi, fal-  
sitatis, & simoniæ, Doctor primò degradari de-  
beat, antequam torqueatur, quamuis indifferen-  
ter cōtrarium obseruetur, & malè per prædicta.  
Habent etiam milites vltra prædicta aliud priuilegium, quòd hodiè de consuetu. non suspendun-  
tur pro eo delicto, pro quo plebeius suspendere-  
tur, vt inquit gl. in l. desertorem. §. pœna, in ver-  
bo, torqueantur. ff. de re milita. & ideo dixit Paris  
de Pute. in d. tracta. syndi. §. An si statutum, col. 2.  
in fin. versic. Vnde iudex. quod propter turpitudinem miles ad furcas suspendi non potest, nec  
etiam de cōsuetudine nisi propter latrociniū,  
13 per quod omne priuilegium eximitur. † Sed ta-  
les hodierni temporis milites ab agrorūm cul-  
tura, animalium custodia, et mercimoniorū que-  
stu abstinere debent, in quibus hodiè auaritiæ  
causa immersos quam plures in varijs Italiae lo-  
cis agnouimus, aliena non peragant negotia, &  
ad ciuiles curas non accedant, alioquin militia,  
& priuilegijs priuantur, l. nemo miles. C. de re  
milita. libr. 12. iuncta d. l. vnica. C. negoti. ne mi-  
lit. eodem libro. † Scias tamen, quòd qui litis  
fiendæ, vel debiti non soluendi causa effectus  
est miles, instante creditore, à militia solui de-  
bet,

bet. l. i. C. qui milli. non poss. lib. 12. & ideo ad bonorum cessionem admitti non debet, iuxta tradita per Bart. in l. i. §. i. ff. si quis testam. libr. esse ius. fue. & quæ dicentur infra in 30. q. † Non potest tamen hic miles renuntiare huic beneficio, quod habet ne conueniatur ultra quam facere potest, ut latè declarat Alex. in l. alia. §. eleganter. col. pen. nu. 16. ff. sol. matr. quia priuilegium illud ratione personæ, non ratione contractus militi cōpetit. † Circa tertium de militibus cœlestis militiæ, quia satis diximus supra in 3. q. princ. aliud dicendum non curaui, nisi quod quamuis pro ciuili debito non possint tam hi, quam milites armatae militiæ & Doctores, de quibus in præcedēti quæst. carcerari: capi tamen & carcerari possent, si fugitiui vel de instanti fuga suspecti forent, ut in clero diximus supra in d. 3. q. princ. vers. videtur sed mirabile. num. 17. per ea quæ tradit Abb. & alij in c. cum non ab homine, extra, de iud. & Bal. & Doctor. in l. si curialis. C. de episco. & cleri. & in l. i. C. vbi quis decu. vel cohор. Materiam hanc de suspicione fugæ, ponit latè Ioan. Bapt. de sancto Seueri. in tractat. de debitore suspect. & fugi. ideo ad ibi d. per eum, 'me remitto. Solum duo dicām, quæ ab eo scripta non reperi, quamuis extra materiam tit. nostri fint: primò, nunquid si quispiam fuerit pro aliquaciuili vel criminali causa carceratus, pro alia in carceribus recommendari possit? Bartol. in l. z. ff. de custodia reo. multum prolixè in hac materia loquitur. Ang. verò ibi breuius & melius loquitur secundum Ang. de Arimi. concir. nostrum, in addition. ad Ang. in tracta. malefi. in gl. fama public. ver. 7. quæro, an carceratus. Nā Ang. in d. l. z. reprehendit Bar. ibi in fin. dicentem, quod prim.

executio differtur, si causa super qua debet se-  
cund. cognosci, erat delictum grauius, quam esset  
primum: quia secund. Angel. index per legis in-  
terpretationē ad minorem pœnā procedere de-  
bet. l. si de interpretatione. ff. de pœnis. & ex quo  
ambæ imponi non possunt. Ego autem puto An-

18 gelum non bene dicere, ex quo non sumus in du-  
bio: ideo eius responsio fundamentum Bar. † qui  
bene loquitur, tollere non videtur: pro cuius di-  
cto tres adduco rationes: nam clarum est, quod

19 minor causa maiori præiudicare non debet. l. si  
quis fortè. ff. de pœnis. & l. cum reis C. eod. † Se-  
cundò pœna vnius delicti pœnam alterius. ex-  
cludere non debet, quando plura sunt delicta.  
est in l. nunquam, & ibi nota. ff. de priuat. delict.

20 † Tertiò & ultimò maioris pœnæ impositio per  
minorem differri non debet, vt not. in l. is qui re-  
us. in fin. gloss. magnæ, ff. de publiciana. in rem.  
ergo ubi delictum est grauius, & minor pœna  
imponi debet, illius executio, & non minoris, fi-  
eri debet, & ita tenendum puto, non obstatibus  
per Angel. allegatis. Redeundo ad quæst. nostrā,

21 † dicas quod si quispiam fuit pro fiscali debito  
carceratus, pro priuato debito recommendari  
potest. Bartol. in l. quoties. C. de exaqt. trib. libr.

22 10. & Bald. in suo tract. de carceribus. † Qui tra-  
cta. quamvis Barto. attribuatur, à Bald. tamen e-  
ditus fuit, secundum ea quæ ibi allegantur. & ita  
dixit Barb. in c. olim. colum. 7. nume. 41. extra. de  
præscrip. idem firmant diplomata in apostil. ad  
d. tractat. & ita Baldo attribuitur, vt hodie in 3.  
volum. tractat. reperitur impressus, quamvis te-  
neat Caccialup. in d. tractat. de debit. susp. & fu-  
gi. in s. quæstio. principali. in princip. illum esse  
domini Franc. domini Bal. de Perusio. quod idem

fir-

firmat Boeri.in decis.349. Quæritur an ciuiliter.  
 in 4.col.ad si.veritas est, Bartolum nunquam il-  
 lum composuisse, vt etiam attestatur Marian. So  
 ci.in tracta.de citation.in 5.articul.quæst. 17. in  
 12.fal.& clarè patet ibi in penul.col. sub versic.  
 Circa secundum.dum allegat l. 3. & ibi per eum  
 nota. C. de episc. aud.& in eadem col.in fin.ibi,  
 Nam iudici iniustè. dum allegat not.per ipsum  
 in l.addictos,C.eod.Nam Bartol.ibi nihil scrip-  
 fit,ad quod allegatur, immo Bal.vtrobique scri-  
 psit,& adducit ea quæ in d.tract. allegat in eodē  
 proposito. † Dico igitur , quod eodem modo si  
 pro priuato debito fuit carceratus , pro fisci de-  
 bito,& pro delicto recommendari potest, vt tra-  
 dit Bartol. in d.l. quoties, & declarat idem Bart.  
 in l.cum ea.alias,l.sacrilegi.§.fin.ff.ad l. Iul. pe-  
 cul.& diffusius in d.l.2.de custo.reor.& sequitur  
 Bald.in d.tract.de carceri.col.fin.in princ.vers.  
 Restat quartò videre,& Mod. Bono.in §.attingā.  
 colum.16.versicul. Quæri etiam potest. nume.32.  
 cum seq.in sua pract.crimi. Si vero pro vno de-  
 bito ex causa ciuili fuit captus, an pro alio simi-  
 liter priuato debito recommendari possit? Dic,  
 quòd si capture prima non tenet, pro alio debito  
 detineri non potest, vt nota. causa consuluit Pa-  
 risi.consil.101.Citatio.colum.2. vers. Postquam  
 enim usque ad fin.vol.4. Quia quod est in se inu-  
 tile, alteri vigorem dare non potest.l.cum unus.  
 ff.de autho.iud.poss. ideo in vi seu veritate adhæ-  
 sionis recommendatio non procedit: † Quia qui  
 adhæret, semper adhærere debet in eo statu , in  
 quo inuenit id cui adhæret. Rota in decision. 25.  
 Adhærentes,in nouis. Oldra.consil. 290. Contra  
 articulos.Bald.in Auth.hodie.col.fin.num. 9. C.  
 de appell.& conf.90. Quæritur, an captus in prin.

23

24

25

volum.5.eum alijs citatis per Felin.in t.veniens:  
il.2.col.2.in fi.versi.secunda conclus.extrà, de te-  
stib.& in c.cum super col.2.ad fin.versi.Quoties  
tertius.& col.seq.in prin.& colum.6.in princi-

<sup>26</sup> versi.Not.etiam quòd quādo tertius,extrà,de rē  
iudica.Aut prim.captura tenet,& tunc aut de iu-  
re communi loquimur,& talis personæ captura  
fieri non potest,nisi in causa iudicati,vt l.i.C.tit.  
nostro.& §.aliud quoq; capitulum,versi,si vero  
vnum de prædictis,in Auth. vt cum de app. cog.  
& ibi etiam est tex. quòd dato fideiussore,debet  
quis excarcerari,etiam dato eius filio pro fide-  
iussore,dūmodo sit idoneus,ideo distinguendū  
videtur.

<sup>27</sup> Aut ambo creditores,ex contractu ean-  
dē causam nō lucratiuam prætendunt,& pro se  
sententiā & de capiendo licentiā habent,& tūc  
vnus carceratio alteri prodest,& sic captus pro  
debito,recommendari debet:quia non refert v-  
trum de nouo capiatur,vel in carcerē recōmen-  
detur.Nam capture,quædam realis est citatio:at  
ille qui præsens est,citari non debet,sed ei præ-  
cipitur,vt non recedat prius quam debitum sol-  
uat,& hoc præceptū de nō recedendo,est ipsum  
de nouo citare,l.secund. C.quomodo & quando

<sup>28</sup> iudex. Ergo in carceribus pro alio debito recō-  
mendari potest,nisi die feriata in honorē Dei re-  
comendatio facta esset.† Nā capture & recōmē-  
dationes tali die factæ,non valent,nec tenent.l.  
fi.& ibi not.C.de ferijs.& c.fi.extr. eod.& quan-  
uis ob suspicionis causam,quæ post contractum  
superuenisset,debitor,die feriata in honorem  
Dei capi posset,vt no.21.sing.in d.l.fi.& ibi Bart.  
& alij Ange.in l.2.versi. Conclude.& ibi Alexan-  
dri.8.ff.eod.cum alijs citatis per Soc.seni.cōf.  
99.Circa primam.num.4.& conf.100.In dubita-  
tionib.

t̄ionib.col.1.& cons.seq.col.1.vers.† Non habet. 30  
 vol. 4. non poterit tamen tali die recommenda-  
 tio,& personæ iam carceratæ fieri sequestratio,  
 vt singulariter voluit Bal. in Authē.ei qui.col.4.  
 ad si.vers. Quæro pone,dicitat statutum.C.de bo.  
 Auth.iud.pos.quem sequitur Alex.çōs.159.circa  
 primum dubium in vlti.col. vers.Tamen non po-  
 test,vol.2.& Ias.in l.si fideiussor. §.si satisdatum.  
 col.pen.in prin.ff qui satisd. cogn. & Felin.in c.  
 significauerunt,colum.fin.in princ.vers. Limita  
 & ista.num.30.extrà,de iudi.† Cautela est igitur,  
 quòd creditor prouideat, & diligenter curet,  
 quod si die feriata carceratus, relaxatur, ipsum  
 ratione nouæ suspicionis fugæ, iterum capere fa-  
 ciat,vt est de mente Bald.in d.vers.† Quæro,pone,  
 d.statutum,quem sequitur Alexan. d. consil.  
 159.colum.fin.sub num.7.versicu.Tamen non po-  
 test.Si vero vnus sententiam habet,alter non,&  
 tunc ille qui non habet, illum qui captus est, in  
 carceribus recommendari facere non potest,ni  
 si ipse carceratus se denuo citari expectet,& co-  
 tra ipsum licentiam concedi, quod fieri potest,  
 etiam quod ipse sit in carceribus.Cautela est igi-  
 tur,quòd captus debitū offerat, pro quo captus  
 fuit,& illud consignet, antequam alia de ipsum  
 capiendo licentia detur,iuxta l.acceptam,& ibi  
 Bald. Angel. Salic. Paul. de Castro, C. de usur.&  
 sic quum sit de carcere relaxandus,recommenda-  
 ri non poterit.l.si reus paratus.ff.de procurator.  
 Aut de iure municipal i loquimur,& tunc illius  
 dispositioni inhærendum est:si verò fuit pro de-  
 licto carceratus,& similiter pro alio delicto re-  
 commendatus,& sic vtraque executio corpora-  
 lis esse debet,& tunc dicas secundum Bartol.in  
 d.l.2.de custo.reo.ad quem omnes recurrunt;id-

- 33 eo ad ipsum breuitatis causa me remitto. † Si vero est pro delicto carceratus, an pro ciuili debito recommendari possit? Dic quod non, ut latè per Roin. in quodam suo consi. non impressio, penes me existente, cuius tenorem hic transcribendum duxi, vtrationes & iura per eum allegatae videri possint. Tenor igitur illius est talis: In Christi nomine, Amen. Casus super quo consiliū
- 34 petitur, est præmissus. † Ex duo quo dubia excutienda veniunt. Primum, an ille cuidatus est saluus conductus de stando & veniendo liberè, intelligatur datus de liberè recedendo: secundum dubium est, an carceratus pro delicto possit, recommendari in carceribus pro debito: & circa primum dubium videtur dicendum quod non, quia promissio limitata non porrigitur extra causum suum. ff. de verb. oblig. l. i. §. sed si mihi extra de restit. spol. c. pisanus. Est enim talis promissio stricti iuris, & ideo strictè intelligenda est. ff. de verb. obli. l. quicquid adstringendæ, cum simili. Sed contrarium est verum: Quia ille cui est data securitas veniendi, habet securitatem & recedēdi, quum non veniat securè, qui non potest recedere. l. sciendum. ff. de lega. & ad Trebe. l. de ætate. prout pro hac parte est gl. not. in l. vltim. ff. de sepul. viola. hanc partē tenet Iac. de Are. & Bart. post eum in d. l. vltim. & in l. i. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. relegati. ff. de poenis. † Circa secundū dubium dicendum est quod nō, quia in casu nostro sequestrando eum in carcerib. priuat ipsum libertate propria quod nō potest. ff. de in ius voc. l. pleriq. de cōd. & dem. l. Titio centū. §. Caio. de lib. hom. exhi. l. i. in fin. Quinimo si est sequestratus, debet tanquā spoliatus, propria libertate ante omnia restitui. C. ad l. Iul. de vīpub. l. si quis ad se

se fundum.de ord.cogn.l.fin.C. vnde vi.l.meminerint.de rest.spol.capit. item cum quis. cum simili . Itē non debent audiri creditores volentes obijcere exceptionē aliquē cōtra istū sequestrātū, vel ipsum impedire quo minus restituatur in sua proprie libertate. ff. quōd vi aut clam.l.i.§.& parui refert,& no. Dyn.in c. qui ad agendum.de reg.iur.lib.6. Præterea si iudex ad instantiā creditorum sequestrasset istum debitorem, deberet sibi actio concedi contra creditores, quia quādo vis compulsiua siue spoliatiua infertur per illas personas, per quas nobis acquiritur , datur spoliato in nos aētio. ff. de vi & vi arma.l.i.§.& §. si filius,& l.interdicto,& ibi nota. Sed per iudicē nobis potest quāri sicut per alios officiales. ff. rē pup.fal.for.l.2.& 3.de adoption.l.si his verbis.& l.non enim aliter. ff. de magistra.conue.l.i.§. exigere. & nota. per Doctor.in l.i.§. ius publicum. ff. de iustit.& iur.de conuer.coniuga.c.ex publico. † Præterea custos carcerum parificatur de positario , & sicut isti committitur custodia rerum, ff. deposi.l.i.in princ.extra.deposi.c.i.& per totum. ita illi custodia personarum. C.de custo. reo.l.fin. ff. eod.l.milites. Sed per sequestrationē factam depositario , non debet interdici vel impediri depositi restitutio. Cod. deposi.l.penul. & in Auth.ibi posita. Præterea iste debtor fuit incarceratus pro criminis executione , sequestratio autem petitur pro processus expiditiōe, pro causa summaria & ciuili , & ideo fieri non potest, quum sint diuersę speciei, sicut dicitur in reconuentione , & prorogatione ut notat. in l.si quis ex consensu.de episcop.audi.per Cyn. ff. de iudi.l.i.extra.de iudic.c.at si clericī. C.de sentē. & interlo.om.iudic.l.cum Papinianus, & Auth.

36

& consequenter. secus, si esset eiusdem speciei,  
 arg. ff. de iur. om. iudi. l. si idem cum eod. de mut.  
 peti. c. 1. & 2. & ita intelligendum est, quod nota.  
 Bartol. in l. 2. §. fin. ff. de custod. reo & maxime in  
 casu nostro, ubi non potest reuocari securitas da-  
 ta. pro quo facit regula, qui semel, cum sua ma-  
 teria lib. 6. & melius probatur per iura supra al-  
 legata. Ex quibus omnibus consulo, sequestrati-  
 onem huius debitoris fieri non posse pro debito  
 ad instantiam creditoris, & saluum conductum  
 reuocari non posse, donec dictus debitor in liber-  
 tate propria reperiatur. Sed an casu predicto pri-  
 mo possit impunè offendī, etiam si sciatur eius  
 securitas à priuato, vide Alb. de Rosa, in tractat.  
 stat. in 2. part. quæst. 9. & ibi tractatur à quibus  
 possit ista securitas concedi, & quando seruan-  
 da est, & quando non, & de causa. l. q. 1. Vide eti-  
 am Nellum in tracta. bannito. in 2. tempore. in 3.  
 par. q. 17. ubi etiam habes, si est data talis securi-  
 tas, an intelligatur pro vna vice, vel pluribus, i-  
 bi vide. Quid autē, si positus sit in carcerare pro  
 vno debito, an possit pro alio recommendari. vi  
 de tex. in l. 2. & ibi Bar. ff. de in ius voc. & in l. sed  
 eximendi. §. item si quis. ff. ne quis eum qui in ius  
 voc. est, vi exi. contrarium tamē videtur per tex.  
 in l. si cui crimen. §. idem Imperator. & §. fin. ff.  
 de accusa. tamen quæstio ista est satis dubia, vi-  
 de Bart. in d. l. 2. de custo. reo. in pen. col. in fin. &  
 seq. & in disputa. Lopus fuit captus, ubi latè di-  
 sputauit, & in l. cum unus. de bo. auth. iudi. pos.  
 Quid autem si unus illicite capiatur, adeo quod  
 debeat statim relaxari, an statim iterum & licite  
 capi possit? dic quod non. l. naturalem. ff. de accu-  
 sa. † Quid autem si captus relaxetur cū iuramen-  
 to, vt debeat reuerti, an si non reuertatur, propter  
 hoc

hoc possit de periurio puniri? de hoc dic, quod legitur per gloss. in l. succurritur. ff. ex quib. cau, maio. bald. allegat l. nam & Seruius. ff. de nego, gest. Cano. habent gloss. in Clement. pastoralis, in verb. per violentam, de re iudic. Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de iure iurant. de hoc est text. iuncta glo. de iure ciuili, in l. 5. ff. de cap. & postlimi. reuersi. Et ita dico & consulo, ut suprà. Ego Ludouicus de Roma. &c. Iuxta hęc dubitari posset, tan carceratus iniuste pro iusta causa recommendari possit? hanc questionem latè disputat Bartol. in d. disputa. Lapis fuit captus. qui multum subtiliter arguit ad partes & soluit, & quia longum esset hic omnia recensere, ideo à te ipso poteris ibi dicta per eū videre. & vide eundem Bart. & Angel. in d. l. cùm vnus. cum alljs ad saturitatem per Moder. Bonon. relatis in d. §. attingam, num. 34. versi. sed dubitari potest. in sua practica crimin. Secundò, nunquid debitor, qui pervnum iudicem captus & carceratus fuit, per alium iudicem relaxari possit? Hanc quæstionem habui de facto, & dixi quod ex quo per alium iudicem relaxatus fuerat, iterum veluti nulliter relaxatus, capi & carcerari debeat, & per iudicē, qui eum detineri & sequestrari iusserat, de novo relaxari, quum certum fit, quod ab eo, qui illum carcerari fecerat, relaxandus erat, vt not. dixit Angel. in l. neque impuberis. §. final. ff. de in ius voc. dicens practicam esse, quod carcerum custodes pro debito captum, ad instantiam creditoris non relaxant, nisi primo iudicis bulletam habeat, qui eum carcerari fecit, quum iudicis autoritate carceratus, absque eius licentia, etiam de creditoris consensu relaxari non possit, secundum Bart. in l. qui neque ff. de in ius

38

39

voc. quem ibi sequitur Bald. per nota. in l. 2. ff. de offi. procu. Cæsa. prout declarat Par. de Pute. in tract. synd. in §. licet dicatur, in fin. & est ratio, secundum Angel. ibi, quia eius est relaxare, cuius est carcerare, ut in regula iuris, nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & in regula, eius est saluare, cuius est destruere. idem firmat & sequitur Angel. concius noster in addit. ad Angel. in tracta. malefi. in gloss. fama publica, sub versi. & aduertas tu index. Idem comprobat Ancharen. consil. 340. viso themate praedicto, in fine. vbi ponderat quoddam statutum, mandans captum relaxari, dicens, quod ex quo statutum non disponit, à quo relaxari debeat, quod secundum ius intelligi debet, scilicet auctoritate iudicis, qui eum detineri, & sequestrari, vel commendari fecit. ad idem not. Bald. consil. 91. sed pone, dictat statutum, volum. 5. & ita obtinuit. & haec duo addere poteris per ea, quæ tradit Caccialup. in d. tracta. de debitò. suspect. & fugit. tanquam magis ad illum pertinentia.

## SUMMARIUM.

**I** Obligatus ad rem in specie, non potest cedere bonis.

Obligatus ad rem in specie, an cedat bonis?

QUEST. XII. quartæ quest. princ.

**D**odecimò quæro, † obligatus ad rem in specie, bonis cedere possit? Respon. quod non, quia prouisio tituli nostri non est in tali obligatione necessaria, ut nota. probat Battol. in l. continuus. §. illud, de verbor. obligatio. quod

quod est not. secundum Alexand. in l. qui bonis. la 2. ff. tit. nost. in prima Apostill. ad Bart. vbi alleg. etiam nota per Azo. in Summa, C. de his qui in prio. credi. loco succ.

## S V M M A R I V M.

*Debitor qui est inops, & in pari egestate cum creditore, ad bonorum cessionem non admittitur, nisi statutum suum mutaret.*

Debitor an ad bonorum cessionem admittatur, si creditor reperitur pauperior?

*Quæstio XIII. quartæ quæst. princ.*

**D**icitur tertio quæstro, tamen debitor ad beneficium cessionis bonorum admittatur, si creditor non habet unde vivere possit, & sic est pauperior, vel in pari egestate cum debitore. Respond. quod si creditor caussam onerosam prætendit, melior est agentis conditio. Nam cum actor & reus eiusdem sint priuilegijs, potentior est actor, qui de damno evitando certat, quam reus qui certat de lucro captando, & sic de alterius debito retinendo, ergo ad cessionem non admittitur, ita Bal. in l. 2. versi. quartò quæstro. C. quod cum eo. Guiliel. de Cun. & Paul. de Castr. in l. in traditionibus. §. si quis crediderit. ff. de paæt. idem Bald. in l. si maritus, in id. vbi Bartol. Alexan. & alij. ff. solu. matrim. & idem Alex. in l. maritum, colum. fin. in prin. ff. eo. vbi in marito loquitur, qui non conuenit nisi in quantum facere potest, cui hoc denegatur priuilegium, si eius vxor esset inops, sicut ipse maritus. & hanc opim.

opinionem dicit ibi Alexan. esse magis commu-  
nem. & eam sequitur Iaf. in l. quod nomine, col.  
i. versi. quartam limitationem. ff. de cond. indeb.  
& Aretin. in §. item si de dote. & ibi Iaf. versi. se-  
cundò vltra. gloss. num. 10. Instit. de act. cum alijs  
concord. relatis per Marsil. in singul. 99. priuile-  
giatus. Intelligetamen, prædicta esse vera, nisi  
debitor statum suum mutaret. nam tunc indi-  
stinctè ipse vtitur priuilegio, quia satis est acto-  
ri, quòd contra iuris rigorem agit modificato  
modo. Bald. in d. versic. quarto quæro. quem se-  
quitur Alexand. in Rubri. ff. quod cum eo. & Fir.  
in suo repertorio, in verb. debitor pauper, nu. 23.  
& in verb. filius conuenitur, nu. 26. cum alijs, quæ  
allegui supr. in 4. quæst. principa. circa fin. ver-  
sic. & hoc procedit.

## SUMMARIUM.

*Spoliatus bonis propter guerram, priuilegium ha-  
bet, ne conueniatur vltra quam facere potest.*

*Spoliatus bonis propter guerram,  
an cedat bonis?*

## Quæstio X I I I I. quartæ quæst. princ.

**D**ecimoquartò quæro, † nunquid spoliatus  
bonis propter guerram, in solidum excu-  
tiatur, adeò quòd bonis cedere debeat, ne  
in carcerebus detineatur? Respond. quòd in so-  
lidum non con demnabitur, sed priuilegio gau-  
debit; vt non conueniatur, nisi in quantum face-  
re potest, secundùm Ioan. Fab. in §. fina. Instit. de  
act. quia maior ratio est in sic spoliato, quam in  
cedente, quum hic spoliatus præter eius volun-  
tatem

tatem bonorum perditionem patiatur, cedens  
verò ex voluntate per cessionem. l. 2. §. si quis ta-  
men. ff. si quis cautio. & l. quæ fortuitis. C. de pi-  
gnorat. actio. & hanc decisionem refert Ias. ibi,  
in 2. colum. versic. vltimò, notate esse mirabi-  
lem & notandam.

## SUMMARIA.

- 1 Bannitus, ad patriam & ad bona olim confiscata, restitutus, ad benefinium cessionis bonorum admittitur.
- 2 Bannitus ad patriam, & ad bona olim confiscata restitutus, omnia recuperat.
- 3 Bannitus per deportationem ab omnibus passi- uis obligationibus exutus esse dicitur, si postea restitutus fuit, omnia bona acceptare compelli- tur.
- 4 Dos filiae data in bonis stabilibus, si chasmate vel alluione periit, non imputatur in legitima filiae post obitum patris.
- 5 Bannitus, ad patriam & ad bona restitutus, ab em- ptore bona per fiscum alienata non recuperat, nec debitorum nomina, qui ad iniuriam banniti fue- runt exacti.
- 6 Bannitus, ad patriam & ad bona restitutus, actio- nem contra fiscum pro bonis ab eo alienatis habet ad id, in quo fiscus locupletior factus est.

Bannitus ad patriam & ad bona restitutus,  
an cedat bonis?

Questio XV. quartæ quest. princip.

Deci-

**D**ecimoquinto quæro, † vtrum bannitus, cuius bona per fiscum publicata & confis-  
cata fuerunt, ad patriam & ad bona resti-  
tutus, ad bonorum cessionem admittatur? Di-  
stinguendum arbitror: aut iste restitutus omnia  
bona confiscata recuperat, aut nihil. † Primo  
casu, quum ad patriam & ad bona restitutus o-  
mnia recuperet, l.i.& l.fin. C.de sent.pass. vide-  
tur dicendum, illum creditoribus teneri absque  
cessionis beneficio, quatenus illorum bonorum  
suppetent vires, secundum Roman.singu.212.de-  
portatus. & in l.alia.§.eleganter.ff.sol.matrimo.  
per text. quem dicit esse singul. & literis aureis  
scribentium in l.2.in fin.ff.de sent.pass. quem e-  
tiam sequitur Vital.in tract.clausul.in Rubri.an  
poss.renum.benefi.cess.bon.colum.9.in prin.ver-  
sic.secundus, si post publicationem Ioan.de Ar-  
no.Epit.92.& Ias.in §.fin.colum.penul.in princ.  
versi.item fallit vbi cunque,num.22.Instit.de a-  
ctio.& alium text.in l.penul.& fin.C.de senten-  
pass.allegat Socin.in tract.fallen.reg.65. Cedens  
bonis,in 15.fallent. In hoc autem puto Rom. So-  
cin.& sequaces non benè dicere, quoniam illi  
text. hoc non probant. ibi enim solum dicitur,  
quod restitutus etiam ad bona cessionis benefi-  
cio uti non potest, quinetiā bona eū suis obliga-  
tionibus actiuis & passiuis acceptet, illa enim  
repudiare non potest, vt se à creditoribus exo-  
neret. † Nam licet per deportationem ab obli-  
gationibus passiuis eslet exutus, iuxta l.1.C.de  
fideius.& l.4.C.ad leg.Iul.vnde vi.si tamen resti-  
tuitur, acceptare bona cōpellitur. d.l.2.nec per  
hoc in ferri' potest, ergo bonis posteā cedere  
nō poterit, stat enim quod acceptare possit', &  
ilicē bonis posteā cedere, quoniam inter accep-  
tare,

tare, & bonis acceptatis cedere, non parum distat: primo enim casu nullo modo in primæus obligationes, à quibus per deportationem erat exutus, incideret: secundo verò casu quamuis cedat bonis, non per hoc tamen à creditoribus liberatus dicitur. ipse enim ad pinguiorem fortunam perueniens, integrè satisfacere tenetur, deducto tamen ne egeat. l.ex contract. C.de bo. auctorita. iudi. possid. l.4. & l. qui bonis. ff. tit. nost. reprobata glo. in l. vbi cunque. ff. de fideiuss. quæ contrarium tenet. & malè secundùm Bartol. & Dd. ibi. & dicemus infrà in 19. quæst. prin. Prætereà non videntur congruè allegari d. l. i. & d. l. pen. quòd restitutus ad bona, non possit cedere bonis: quoniam in diuersis terminis loquuntur, scilicet quando restitutus per principem ad bona, quorum confiscatione liberatus erat à creditoribus, tunc filium obligatum habentibus, & quorum reintegrazione reincidens in primas obligationes, non poterit, & refutando bona restituta, & allegando pœnam quam passus est, se defendere, quin creditoribus soluat. vt ante sententiam soluere tenebatur: verùm ante cōfiscationis bonorum sententiam si competijset, condemnato contra creditores refugiū cessionis bonorum, posset etiam ad bona restitutus cedere bonis, non eo prætextu & allegatione, vt dicitur in d.l.2. & in d.l. penul. sed ex iure primæuo ante sententiam competente, ad quod simul per restitutionem & indulgentiā censetur repositus, vt d.l. fin. ibi. Ideoq; tantū ad restitutionē, &c. C.de sent. pass. & l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de mino. Secundo casu, quādo nihil recuperat, aut illa bona, quæ nō recuperauit, casu & fortuna deperdita fuerunt, putà quia res chasmate perijt, vel eiusdebi

debitores effec*t*i sunt non soluendo, & isto casu  
puto, quum absq; eius culpa hoc euenerit, quod  
beneficium sibi à iure indultum ad bonorum cef-  
sionem, perdere non debeat, cùm ipse creditori-  
bus satisfacere non valeat. l.i.C.tut.nostro.pro-

**4** ut dicimus de dote data filiæ in bonis stabilibus,  
† quæ chasma vel alluione perierunt, quæ  
post patris obitum sibi in legitima non imputan-  
tur, quum teneatur filium redotare, si poterit, vt  
tradit Bald. Nouell.in tracta.de dote,in 6.par.in  
5.speciali, argumen.eorum, quæ tradit Ioan. An-  
dre.in c.non potest, in versic. in primis, de præ-  
ben.in 6.de quo per Tyraquell.in repet.l.boues.  
§.hoc sermone,in regul.versi.18.in d.c.sup.num.

**5** 31.ibi.item si primum.ff.de verbos.signifi. † Aut  
illa bona, quæ nō recuperauit, fuerunt durante  
banno per fiscum alienata, & isto casu quum re-  
stitutus illa, ab eo qui emit à fisco, non recupe-  
ret, secundum Bart.in d.l.fin.colum.3. in princi.  
versic.pro declaratione eius. C.de sentent.pass.  
& in l.Gallus. §.& quid si tantum.cum concord.  
de quibus ibi per Alexand.de liber.& posthum.  
per Abb.& Imol.in c.inter quatuor.& ibi Felin.  
in penult.& fin.colum. extrà, de maior.& obed.  
& idem Felin.in c.super eo, nume.4.versic.quod  
non valet, de offic.delega. & est communis Do-  
cto.opin.vt attestatur Calcan.consi.52.licet his,  
colum.antepen.in fi.versi.& sic per consequens,  
sub num.12. Nec etiam debitorum nomina recu-  
peret, quando debitores ad banniti iniuria exa-  
eti fuerunt, vt consuluit Ruin.consi.22.in quæst.  
colum.1.versi.si verò fuernnt,volum.5.alias con-  
tingentia ad fauorem Iacob. de Cufinis contra

**6** Pirottum Magnanum Arimi.obtainui. † Sed con-  
tra fiscum, qui bona illa alienauit, velexegit, a-  
ctionem

ctionem habeat ad id, in quo locupletior effe-  
ctus est, secundum Bart. in d. versic. pro declara-  
tione eius. quem sequuntur communiter Doct.  
vt refert Nellus de S. Gemin. in tracta. bannito,  
in .part. tertij temporis. & Paul. de Grillan. in  
tract. de hæret. in 6. quæst. versi. sed quæro reten-  
tis. & in tracta. de relaxa. carcerat. in 2. par. in 4.  
& 5. quæst. videtur dicendum, quod ad dictum  
cessionis refugium admitti non debeat. Quia  
quum ex sua culpa hoc contigerit, ex eo, quod  
culpa casum præcesserit, ei imputandum vide-  
tur, regul. damnnum quod quis, de regul. iur. in 6.  
Dyn. in regul. peccatum, in fin. eod. titu. & tradit  
Bald. in c. quæ in ecclesiarum, colum. 3. in princ.  
versi. accipio. 2. glossa extræ, de constit. qui quam-  
uis hanc opinionem ibi secutus fuerit ea ratio-  
ne, quia dignum est, quod málè mariti egestate  
laborent. l. bona fides. ff. de pos. verius tamen pu-  
to, debitorem hoc casu non perdere cessionis be-  
neficium, quoniam ob huiusmodi culpam non  
offendit directè creditores suos, sed alium. l. eti-  
am. §. licet, cum glo. in verb. quemlibet, cum ibi  
nota. per Alexan. in 1. colum. ff. sol. matrim. Præ-  
terea quum requiratur dolus, & culpa non suf-  
ficiat, vt quis beneficio cessionis priuetur, vt est  
text. in l. verum. §. temp. ff. pro soc. not. in l. fin. in  
ff. fi. quæ in fraud. credi. tenet Bald. in l. 1. col. 2. &  
fin. C. tit. nostr. & diximus suprà in 5. quæst. & di-  
cemus infra in 20. quæst. in 18. casu, nume. 31. cum  
sequen. & in quæst. 28. nume. 1. 2. & 3. ad cessionis  
refugium admittetur, & sic ab opinione quam  
sequitur Alexan. in d. §. licet. non est in iudican-  
do recedendum, quoniam nō est in iure expres-  
sum, quod in dicto casu debitor cessionis bene-  
ficio priuetur, & nemo priuationis poenam pati-

debet, vbi non est à iure expressum §. cùm igitur, in Authent. de non eligen. secund. nubē. & per illum text. sufficit dicere, non esse leg. cautam, quòd imponatur dicta priuationis pœna, secundū tradita per Bald. in Authent. ex testamento, iub. num. 5. C. de secund. nupt. Nec obstat d. ratio, quòd male meriti debeant egestate labore: Quoniam respondetur, quòd iatis egestate laborabit debitor, quòd cesserit bonis, quum cedenti denarius unus remanere non beat, secundū gloss. fin. in l. penult. ff. titul. nostr. & diximus suprà in tertia quæst. principali, nume. 9. versi. an autem quod suprà dictum est. Præterea Bald. ibi loquitur in eo, qui conuenitur in id, quod facere potest, quamvis etiam eo casu contrarium sit verius, ut dicemus infrà in 29. quæst. in fin. non autem in debitore bonis cedente, ut in casu isto, ergò &c.

## SV M M A R I A.

*Debitor diues, & ad soluendum idoneus, an ad cessionis beneficium admittatur.*

**a** *Debitor pro ciuili debito nec capi, nec carcerari potest, nisi prius facta fuerit eius bonorum excusio, quod bona non reperiantur.*

*Debitor diues an cedere possit?*

*Quæst. XVII. quarta quæst. princip.*

**D**ecimosextò quæro, † nunquid debitor diues, & idoneus ad soluendum creditoribus, debeat ad bonorum cessionem admitti? Videbatur dicendum, quòd sic, ex eo, quòd

quòd debitor ad evitandas carceres, cessionis beneficium habet, vt est text. in l.i.C.tit.nostr. & ita determinat Cyn. ibi, in 3. quæst. per text. singular. in l. illud. §. quid tamen. ff. de trib. actio. vbi pater vel dominus, si non vult inter creditores, qui in illam caussam contraxerunt, merces æ qualiter distribuere, potest mercibus vel peculio cedere, & ex illo textu colligunt Guilielm. de Cun. & An. de Pisis, quòd licet quispiam sit diues, & ad soluendum idoneus, si vult, bonis cedere potest, ne illa vendendo & soluendo, laborem subeat. Eandem opinionem tenet Rayn. de Forli. in l. legis Iuliæ. C. tit. nostr. Contarium tamen decidunt Guil. & Andre. vbi suprà. quos sequitur ibi Paul. de Castr. & Bal. in l.i. col. 2. vers. quæro nunquid ille qui habet, nu. 10. & ita consu luit Frede. de Senis consil. 193. in quæstionè, ver si. nunc est discutiendum. idem tenet Socin. in tracta. failen. regu. cedens bonis, in 11. fallen. se quitur Iaf. in §. fin. colum. pen. vers. duodecimò & vltimò, Institut. de actio. Ad d. §. quid tamen. respondet ibi Alber. de Rosa. quod ibi est quædam obligatio realis peculij. ideo cedendo liberatur, & quòd ibi non bonis omnibus, sed mercibus tantùm cedebat, & ita firmat Iaf. in d. vers. duodecimò & vltimò. † Quod ego quoque affirmo, & huius conclusionis ratio esse potest, quia pro ciuili debito ad capturam & carcerationem debitoris non deuenitur, nisi prius facta bonorum excussione, quòd bona non reperiantur, quum capture non fiat. nisi in subsidium, vt est glo. singularis in l. 3. §. penult. ff. de suspect. tut. quam se quitur ibi Barto. & Bald. & ijdem in d. l. i. colum. 2. versic. quæro nunquid ille. C. titul. nostro. & Bald. in sua Margarita, in verb. filius famil. im

116 TRACT. MATTH. BRVNI  
mò in c. Odoardus, colum. 3. in fi. vet si. item nōn  
videtur esse verum, extr. de solut. Alexand. con-  
sil. 149. circa primum dubium, in fin. volum. 2. &  
in l. à Diuo Piô. §. in venditione, colum. 2. in fin.  
versic. iuxta hoc incidit. ff. de re iudic. vbi refert  
illam gloss. esse communem. vnde dicit Felin. in  
c. quod ad consultationem, colum. 7. sub num. 17.  
in fin. extr. de re iudi. quod periculose esset in  
practica recedere ab opin. d. glo. & ita tenet Io-  
an. Petr. de Ferr. in sua pract. Papieñ. in foro ex-  
ecut. sentent. in gloss. 1. colum. penult. post medi-  
um, vers. sed an sit necessaria excusio bonorum,  
quamvis interdum vel consuetudine, vel ex for-  
ma statutorum, hoc non seruetur in practica, se-  
cundùm eum ibi. Si ergò bona reperiuntur pro  
creditorum satisfactione, ergò ad bonorum ces-  
sionem deueniri non poterit.

### S V M M A R I A.

- 1 *Cōdemnatus pro delicto ad pœnam pecuniariam,  
quamvis non habeat vnde soluere posset, non tamen  
ad cessionem bonorum admittitur.*  
*Qui in ære soluere non potest, luit in corpore. ibi-  
dem.*
- 2 *Pœna si venit fisco applicanda, commutari potest,  
etiam in iure accusatore: secūs, si est parti appli-  
canda.*  
*Commutatio pœnae, an & quando fieri non posset.  
ibid.*
- 3 *Regula, qui in ære soluere non potest, luat in cor-  
pus, quomodo procedat.*

Condem-

**Condemnatus pro delicto, an cedat bonis?**

*Questio XVII. quartæ quest. princ.*

**D**ecimo septimò quæro, t debitor ob delictum condemnatus ad poenam pecuniam, ex quo poena soluere non potest, an bonis cedere possit? Respond. quod non. sed pecuniaria poena in corporalē resoluitur, quia qui in ære soluere non potest, luit in corpus, l. fin. in fin. C. de sepul. viol. l. quicunque. C. de servis fugit. l. fi. ff. de ius voc. & l. i. §. generaliter. ff. de poen. cum vulg. ita tenet Ange. in l. 4. num. 4. vers. in criminali verò. ff. tit. nosl. & ita consuluit Veronens. consil. 9. quidam ex delicto. & in tantum hoc est verū, quod etiam postquam luit in corpus, si ad pinguiorem fortunam peruenierit, non vexabitur, quia corporalis poena loco satisfactionis est, ut not. Ioan. Andr. in regul. peccatum, de regul. iur. in 6. quem refert & sequitur Ang. in d. vers. in criminali verò. & prædicta intellige, quando fisco est applicanda poena, & criminaliter & ad vindictam agitur. Nam eo casu etiam inuito accusatore fiet commutatio, secundum Arch. in c. si res. 14. q. 6. t Secùs, quando parti poena venit applicanda, vt in furto, eq enim casu commutatio in corporalem fieri nō debet, nisi auctore consentiente. argu. c. fraternitatis. 12. q. 2. inuito enim auctore, commutatio fieri nō potest. Bal. in l. fin. ff. de ius voc. per illum text. & in l. quod si maior. §. si seruus. ff. de mino. Non tamen hoc casu propter eius dolum in furto commissum, ad cessionis beneficium admittitur, vt per Veron. d. conf. 9. quia in delictis bonorū cef-

sio locum nō habet, vt not. Bal. in l. sed si ex parte, in prin. arg. illius tex. ff. quod cum eo. vbi pro hoc allegat esse expressum in l. fin. §. fin. ff. quę in fraud. cred. Si verò ad interesse conuenitū, siue ex contractu, siue ex quasi delicto agatur, tunc in corporalem pœnam nō fiet commutatio, sed expectabitur, donec ad pinguiorem fortunam peruererit, vt in c. Odoard. extr. de solut. & in c. o-lim vobis, extr. de restit. spoliat. & l. nam is. ff. de dolo. ita tenet Abb. post Io. And. in d.c. Odoard. col. i. in i. oppos. cum quo transit Aufre. addit. ad Capel. Tholo. in q. 61. item fuit quæ situm, an cessioni bonorum quamuis Io. Fab. in §. fi. & ibi Ias. in 3. col. vers. 4. suprascripta reg. Inst. de act. quὸd si quis iniuriarum actione agat, concludatq; ad pecuniam, & sic ciuiliter, & reus condemnatus bonis cedat, nō liberat se, sed pecuniaria pœna in corporalem resoluitur, & non benè per predicta. Attende tamen, quὸd supradicta regula, quæ in ære soluere non potest, luat in corpus, in mulcta locum sibi non vendicat, quia tunc diminutio vel moderatio fieri debet. l. illicitas. §. fin. ff. de offi. præsid. & ibi per illum tex. inquit. Bar. in fin. quὸd eadem reg. non vendicat sibi locum, quando pro delicto pecuniaria pœna extraordinaria imponi debebit, sed tantum, quando ordinaria imponitur.

## S V M M A R I A.

1. *Vsurarius in foro contentioso ad bonorum cessionē admittitur, nisi dolo bona dissipasset.*
2. *Vsurarius si sub vsuris spe consequendi à debitore, vel à Principe veniam, pecunias mutuauit, cessionis beneficium perdit.*

- 3 *Vsurarius post cessionem si bona acquisuit insolidum tenetur in foro pœnitentiali, scilicet in foro contentioso.*
- 4 *Dispositio legis positiva si super veritate fundata est, in foro conscientiae est seruanda.*
- 5 *Prouidere quis debet in foro conscientiae alteri in summa necessitate constituto.*

*Vsurarius an bonis cedere possit?*

*Questio XVII I. quartæ quest. princip.*

**D**ecimo octauo quero, an  $\dagger$  vsurarius ad cessionis beneficium admittatur? Respō. 1  
 v quod si non habet unde vsuras restituere r aleat, nulla pœna in foro conscientiae multata debet, quum satis eum nota paupertatis excusat, inquit tex. in c. cum tu, extrā, de vsur. sed in foro contentioso tenetur aut integrè satisfacere, vel bonis cedere, quia talis peccator semper in mora esse dicitur. Hostien. in Summa, de pœn. & remiss. §. fi. col. pen. vers. quid si nullam. & Archid. in c. quanquam, col. i. versic. sed nunquid in hoc casu cessionis beneficio uti nō posset, secundum Imol. in I. etiam. §. licet. quem ibi sequitur Alex. in fin. ff. solu. matrim. prout etiam dicemus infrā, in 28. q.  $\dagger$  Idem, si mutuasset sub vsuris pecunias, spe veniam à debitore, vel à Principe cōsequendi. nam ob eius damnatam intentionem, bonorum cessionis beneficium perdit. Dynus in reg. peccatum, in fi. de reg. iur. in 6. & Alex. in I. alia. §. eleganter, col. 5. vers. confirmo per id quod voluit. ff. sol. matrim. celsante ergo dolosa bonorum dissipatione, & prava intentione venia cōsequendi,

sequēdi quū, ad cessionis beneficiū admittatur,  
 3 secundūm Archidiacon.† Quòd si bona post cessionem acquisierit, an habebitur ratio, nē egeat, vel in solidum exigetur? gloss. in d.c. cùm tu, in verbo, facultatibus, dicit, quòd in solidum sicut prius tenebitur. quam glossam sequitur Clavis. in sua summa, in verb. vñsura. 2. num. 16. versic. decima pœna est. quod intelligerē verum in foro pœnitentiali, secundūm Ioannem Andre. ibi super gloss. in verb. & licet. quem sequitur Ancharan. in repet. d. regul. peccatum, in 8. colum. in fine, versic. in usurario vtrum. & idem firmat Abb. in d.c. cùm tu. secūs in foro contentioso. nam in acquisitis de nouo, exigetur solummodò in quantum facere poterit, & non vltrā, reseruat sibi quotidianis alimentis, vt est text. in l. qui bonis. & l. si debitoris. ff. titu. nostr. & not. in c. 2. extrā, de pignorib. & in l. ex contractu. C. de ba. authorita. iudi. possid. & ita declarat Abb. post alios in d.c. cùm tu, in 2. colum. in prin. versic. in gloss. in verb. facultatibus. Sed fortè illa doctrina in d.c. cùm tu. quòd in foro conscientiæ debitor post cessionem etiam in solidum teneatur, non est vera: prīmò, quia quum lex ciuilis non nutriens peccatum, aliud statuat, fundando se super veritate, non super præsumptione, † videtur quòd dispositio illa legis positiuæ sit in foro conscientiæ seruanda, secundūm ea quæ tradit Bald. in l. cùm quis. colum. 5. in fin. versi. post hoc sciatis, num. 14. ibi, in secundo vero casu, quando ius est fundatum super veritate. C. de iur. & facti ignor. & Archidia. in regula, possessor, de reg. iur. in 6. † Secundò, quia etiam in foro conscientiæ debet quis in summa necessitate constituto prouidere, vt est text. in c. paschæ. 35. distin.  
 & in

& in l. necare. ff. de libe. agno. & bene facit text.  
in c. sicut hi. 47. dist. & in c. satis. 86. dist. ergo mul-  
to fortius ei relinquere debet id, quod est debi-  
tori necessarium ad sustentationem vitæ. arg. tex.  
in c. i. extrâ. de natis ex lib. ventre. Cogita.

## SUMMARIA.

- 1 Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in syndicatu condemnatus fuit, an ad cessionis beneficium admittatur.
- 2 Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in syndicatu condemnatus fuit, de consuetudine in carcerebus ponendi debet, donec integre satisfaciatur.
- 3 Iudex qui dolose iudicauit, & in syndicatu condēnatus fuit integrē satisfacere tenetur, & priuilegium non habet, vi non conuentatur ultra quam facere possit.

Iudex per imperitiam iudicans, condemnatus in syndicatu, an bonis cedere possit.

## Quæstio 19. quartæ quæst princip.

**D**icitur non quero, tñrum iudex, qui per imperitiam iudicauit, ex quo litem suam fecit, si in syndicatu condemnatus fuit, ad cessionis beneficium admittatur pro carcere euitando? videtur dicendum, tñ quod quāuis nō sit soluendo, poena corporali puniri debeat, quum ex quasi maleficio teneatur, vel saltem de consuetudine in carcerebus ponatur, donec integrē soluat, ut voluit Bal. in c. i. §. iudices. col. i. in fi. vers. Item no, quod iudex. de pace iura. firmā. in vñ. feud. quem sequitur Aluarot. ibi sub §. qui

vero. subdens vidisse ita Florent. & Senis practicari. & hoc dictum refert Alex. in l. fi. ff. de vari. & extraordi. cogni. Contrarium determinat gl. in l. si filius fa. ff. de iudi. vbi vult, quod solum teneatur in quantum facere potest, & illam glo. sequuntur commu. Doct. vbi differentiam ponunt,  
**3** † quando per imperitiam, & quando per dolum iudicavit. i. casu condemnatio arbitrio boni vi- ri modificatur, quod est, in quantum facere potest, secund. Bald. in c. canonum statuta. col. 2. in fin. versic. quero, quid si iudex extra de consti. & Ro man. in singul. 162. \* Iudex qui admitti. cum con cord. ibi per Mod. in eius addi. Secundò vero ca- su non modificatur condemnatio, immo totali- ter & integraliter condemnatur, & ita procedat, quæ in contrarium adducuntur, ut declarat idem Bal. in Authent. sed cum testator. col. fin. circa. fi. versic Item extra quero. C. ad l. Fal. & in Rub. C. de poena. iud. qui male iud. in i. col. versi. quero, vtrum iudex. num. 5. & in l. mancipia. in prin. ver si. Si autem iudex. C. de ser. fugi. & Rom. in d. sin- gu. 162. Vnde dixit idem Bald. in l. quæ fortuitis. colum. 6. vers. Redeo ad primum. C. de pign. act. quod iudex qui per imperitiam iudicavit, & in syndicatu condemnatus fuit, si non est soluedo, non carceratur, sed tenetur solum in quantu- facere potest, quod dictum refert & sequitur Ale. in d. l. si filius f. & in l. 4. §. in eum. ad fi. vers. Sentit etiam. ff. de dano infec. vbi allegare voluit Bald. in d. l. quæ fortuitis. quamuis ipsum alleget in l. pignus. C. eod. vbi nullum verbum de hoc facit. idem tenet Paris de Put. in tracta. syn. §. An si po- testas. col. 4. vers. Et si officiales non sint soluen- do. nu. 16. & sequitur Firm. in suo repertorio. in verbo. officialis syndicatus. nu. 44. Sed ad hoc e- uitan-

uitandum hodie practicatur, quod facta per eum ad generalem inquisitionem responsione contra ipsum in syndicatu formata in fideiussione praestat de soluendo omne & quicquid in quo condemnatus fuerit, nisi contra ipsum specialis inquisitio formata esset de homicidio, vel de alio delicto pro quo corporalis poena veniret imponenda, iuxta tradita per Bartol. in l. i. ff. de custode tunc in carcerib. retinetur, & sub fidei. cautio, non relaxatur, ut ibi per Bart.

## S V M M A R I A.

- 1 *Maritus an in dotis restitutione ad cessionis beneficium admittatur, vel gaudeat priuilegio, ne conueniat ultra quam facere possit.*  
*Maritus in causa dotis nec careerari, nec bonis cedere potest, ibid.*
- 2 *Maritus soluto matrim. actione reali conuentus ad fundum in dotem datum, tenetur in quantum facere potest, nisi in dotali instrumento precarium esset appositum.*
- 3 *Maritus conuentus actione de dote ad rem dotalem, que extaret, vel ad aliam ex pecunia dotale acquisitam, & per eam restituere nollet, non gaudet priuilegio, quod conueniatur in id quod facere potest, sed in solidum condemnatur.*
- 4 *Maritus actione personali descendente ex maleficio conuentus, in solidum tenetur.*
- 5 *Depositarius vtens pecunia in sacculo signata, furti tenetur.*
- 6 *Maritus si eius bona in fraudem uxoris dolosè alienauit, seu dissipauit, priuilegio mariti non gaudet, sed in solidum tenetur.*

- 8 Maritus ab vxore actione negotiorum gestorum cōuentus, que successit propter eius negligentiam loco actionis de dote, perdit beneficium quod habet à lege, & in solidum condemnatur.
- 9 Maritus ab vxore conuentus actione separata ab actione de dote, id est, ex contractu celebrato post solutionem matrimonii, in solidum conuenitur.
- 10 Maritus priuatius priuilegio non gaudet, quod non conueniatur, nisi in id, quod facere potest, sed in solidum tenetur.
- 11 Maritus sua substantia male vtens, ab vxore conuentus, constante matrimonio in solidum conuenitur, & non gaudet beneficio sibi à lege concesso.
- 12 Maritus sciens à principio se non posse d'item integrum reddere, si eam accepit, vel habuisse confessus fuit, an ex hoc in dolo fuisse presumatur, & sic in solidum condemnari debeat, ut beneficium habeat, vt non conueniatur vltra quam facere possit.
- Intellectus ad l pen ff de iure dot. eod.
- 13 Maritus ab vxore conuentus, si inter eos matrimonium contractum fuisse negavit, beneficium sibi à lege concessum perdit, & ad integrum dotis solutionem condemnatur, & hoc si mendacis esset dolus seu lata culpa: scius, si dolus & culpa cessaret,
- C nu. 10.
- 14 Maritus matrimonium negans, si postea pœnitit, & ante lucem contestatam confitetur, sibi non præiudicat, nisi vxor talem recusaret acceptare confessionem, & offerret se contrarium probare. C numero 14.

- 15 Maritus negans negata prout narrantur & petita prout petuntur in libello, in quo de matrimonio & dotis traditione fit mentio, sibi non praeditat, nec beneficium perdit, ut non conueniatur ultra quam facere potest.
- 17 Maritus si dotem alteri, quam mulieri restituere promisit, ad integrum dotis solutionem tenetur, nec beneficio gaudebit, ut non conueniatur ultra quam facere possit.
- 18 Maritus alteri quam vxori dotem restituere promittens per hæc verba, videlicet, promitto quod meæ vxori deheo, non conuenitur nisi in quantum facere potest, secus si dixisset, centum ex causa dotis restituere promitto, quia eo casu in solidum condemnabitur, etiam si delegatio ex lucrativa causa facta fuisset.
- 19 Maritus si certam dotis quantitatem negavit, offerens se stare vxoris iuramento, si de tanta quantitate creditrix esset, & ipsa in iudicio iuravit mandatum ex dotis causa centum sibi debere, in solidum condemnatur.
- 20 Maritus si ad dotis restitutionem ab uxore longidem habuit dilationem, quam de iure communi & consequi beat, elapsò termino, privilegio gaudet, ut non condemnetur, nisi in quantum facere potest.
- 21 Opin. ultima gl. in dubio semper approbata censetur, quando non apparet, quam opin. ipsa approbare voluerit.  
Debitor qui à creditoribus quinquennalem dilatationem, vel etiam minorem habuit, bonis amplius cedere

*dere non potest. eod.*

- 22 *Maritus non potest pacto expresso nec tacito etiam cum iuramento renuntiare beneficio, quod non conueniatur ultra quam facere possit.*
- 23 *Glo. quando plures opiniones recitat, primam simpliciter, in secunda vero ait quidam dicunt, vel alij dicunt, tunc prima opin. gl. censetur approbata, & non secunda.*  
*Dicitio, alij, personam loquentem excludit. eod.*
- 24 *Beneficium cessionis bonorum, propter quod non tenetur debitor in acquisitis post cessionem, nisi in quantum facere potest, non est a iure reuerentiali causatum, prout est beneficium marito concessum.*
- 25 *Maritus vel eius filii si artifices sunt, ex quo artificio victimum sibi acquirere possunt, non gaudet beneficio sibi concesso, sed in solidum condemnatur.*
- 26 *Maritus excipiens conueniri non posse nisi in quantum facere potest, si recta eius exceptione in solidum condemnatur, & non appellavit, non poterit in executione sententiae de huiusmodi beneficio excipere: secus, si ante sententiam apposuisset.*
- 27 *Exceptio inuentarii confecti si opposita fuit, & per iudicem reiecta per processum ad ulteriora, nec appellatum fuit, amplius opponi non potest: secus, si ante sententiam non fuit opposita, quia in executione sententiae opponi poterit.*  
*Exceptio que sententiam non impugnat, etiam in executione sententiae opponi poterit. ibid.*
- 28 *Maritus pauper & inops effectus, post sententiam in qua ad integrum dotem condemnatus fuerat, beneficio non gaudet, quod conueniatur in quantum*

*tum facere potest.*

- 29 *Maritus pro dote confiscata ex delicto vxoris à fisco cōuentus beneficio gaudet, quod non conueniatur, nisi in quantum facere potest: secūs, si maritus confiscatus fuit, & fiscus à mariti creditoribus conueniatur, quia fiscus mariti priuilegio minime gaudet.*
- 30 *Maritus ab vxore inope conuentus, in solidum condemnatur, & beneficio non gaudet, vt non conueniatur ultra quam facere potest, nisi ob status mutationem priuilegiatus esset.*
- 31 *Maritus in bonorum suorum & sue vxoris administratione dolum committens, perdit priuilegium quod habet à lege, & in solidum condemnatur, nec ad cessionis beneficium admittitur.*
- 32 *Maritus si lata culpa, bona propria dilapidauit, nō perdit priuilegium quod habet à lege: secūs, si lata culpa vxoris bona dilapidauit. & nu. 33.*
- 34 *Maritus & non vxor electionem habet, an quinquennales velit inducias, vel cedere bonis.*

*Maritus in restitutione dotis, an cedat bonis.*

*Quæstio X X. quartæ quæst. princip.*

**V**igesimò quæro, † nunquid maritus ab vxore pro suarum dotum restitutione cōuentus tam constante, quam dissoluto matrimonio ad integrum dotem teneatur, ita quod ne in carceres detrudatur, bonis cedere debeat, an verò beneficium habeat, ne teneatur ultra quam facere possit, deducto, ne egeat? Respond. quod quamvis regula sit, quod conueniri aut executi nō possit, nisi quatenus facere potest,

test, ut est tex. in l. maritum. vbi Bartol. Alexand.  
 & communiter DD. ff. sol. matrim. in l. patronus.  
 & l. non tantum. cum l. seq. ff. de re iud. & sic car-  
 cerari non potest, & ex consequenti nec cedere  
 bonis, ut probatur in d. l. maritum. iuncto §. fin.

Inst. de actio. & tradit Baptista de S. Blasio in tra-  
 cta. de priuil. dota. in 350. priuileg. nu. 50. In mul-  
 tis tamen casibus reperitur quod in solidum te-  
 netur. ne igitur in carcere detrudatur, ad bono

- 2** rum cessionem admittetur. † Primus ergo vide-  
 tur esse casus, quando soluto matri. actione reali  
 conuenitur, putà quia domus vel fundus in dotē  
 traditus fuit, nec alienatus reperitur, & tunc ex  
 quō nō vt maritus, sed vt quilibet extraneus  
 possessor conuenitur. iuxta l. si fundus. §. in ven-  
 ditione. ff. de pignorib. in solidum tenetur, vt vi-  
 detur esse text. in l. Nefennius. §. fundum. ff. de  
 re iudic. & in l. ex facto. §. fin. ff. de pecul. secund.  
 Bart. in d. l. maritum. & in l. si constante. in princ.  
 in 8. q. vltimæ partis. colum. penu. vers. ad cuius  
 declarationem. ff. solu. matri. Contrarium tamē  
 teneas, quòd immo conuenitur tantū in eo quod  
 facere potest, ut communiter tenent DD. quos ci-  
 tat Alexan. in d. l. si constante. in 6. colu. in princ.  
 vers. Item adde quòd in quantum. Bart. in l. si filiofami. la. 2. ff. cod. & in d. §. fundum. in princip.  
 vers. No. quod conuentus. idem tenet Bald. in l.  
 quod nomine. quem ibi sequitur la. in 2. limita.  
 ff. de condit. indeb. Ad cōtraria responde, quòd  
 illa procedunt & sunt vera, quando dos per ma-  
 ritum erat constante matrimonio restituta, vel  
 quia de bonis mariti in solutum datio facta fuit  
 mulieri, & sic dominium in ipsam mulierē fuit  
 de iure communi translatum, iuxta l. traditio-  
 nibus. C. de pactis. & l. si ager. C. de rei vendica-  
 tione.

tione. Si enim posteà illorum bonorum possessio ad manus mariti peruererit, tunc mulier soluto matrimonio rei vendicatione contra maritum de iure communi aget tanquam contra quemlibet rerum suarum extraneum possessorem, & sic non conuenietur vt maritus, nec ex causa dotis, ideo beneficium nō habebit, vt exigatur in quantum facere potest, sed cogi poterit, vt integrabo na restituat, l. nam & maritus. ff. de condic. indeb. tradit Tiraquel. in tracta. de iure constit. in l. part. nume. 28. versicu. hinc item fit. Secus ergo, si mulier soluto matrim. rei vendicatione contra maritum ageret, ex causa dotis nondum sibi restitutæ, quo casu de iure speciali, quod dominium rerum dotalium soluto matrimonio ipso iure transit in mulierem absque alia traditione, per l. in rebus. C. de iure dot. maritus conuenitur, vt maritus, & non vt quilibet extraneus possessor, merito secundum magis communem opinionem tenet, quod tunc beneficium habeat, vt nō te- neatur, vltra quam facere possit, & in his terminis loquitur Bart. in d. l. si filiofam. & in d. §. fundum. vbi etiam Alex. in 1. colum. versic. Sed Bart. hic fatetur. & Aret. in §. item si de dote, col. 1. in fi. versi. Aut maritus conuenitur. Insti. de act. & ita declarat Ias. in d. l. si constante. in princ. col. 20. in prin. versic. sed tu ingenuè dic. Restrige tamen hanc communem op. nisi in dotali instrumento precarium esset appositum, quia sic incontinenti soluto matrimonio, nō solùm dominium in mu- lierem translatum esset, per d. l. in rebus, sed etiam possessio, iuxta l. interdum. cum vul. ff. de ac- quir. possess. hoc casu in solidum teneretur, & d. priuilegium non haberet. Bal. Ange. & Roma. in d. l. si filiofa. quos Alex. sequitur in d. §. fundum,

- 3 col.i.nu.3.& Tiraq.in d.vers.hinc item fit.† Si ve-  
rò maritus ad rem dotalēm, quæ extaret, actionē  
de doce cōuenitur, & eam restituere nolle, quia  
eo ipso diceretur esse in dolo, dictum beneficiū  
non habet, sed in solidum condemnari debet, ar-  
gum.l.in bona fidei.ff.de pecul. Alex. in d.l.ma-  
ritum,col.i.vers.decimò fallit. & illo casu etiam  
ad cessionis beneficium ob eius dolum non ad-  
mittitur, l.fi.cum ibi not, per gloss.finā.ff. quæ in  
fraud.cred.& l.pen.ff.de iure doti. ex quo vide-  
tur ad rem in specie obligatus, vt diximus suprà  
in 12.q.Idem si res dotalis non extaret. Sed alia  
ex re & pecunia dotali acquisita, l.vxor marito:  
ff.de dona.inter virum & vxo.& l. si lùm dotem:  
§.finā.solut.matrimo. cum alijs per Areti.citatis  
in d.§.item si de dote,colum.2. vers. sextò falliti:  
& ibi per Ias.circa fin.versic.tertiò limitatur no-  
4 ta. Secundus casus est, † quandò actioni perso-  
nali ex maleficio descendente conuenitur, putà  
rerum amotarum actione, vel actione depositi  
pro pecunia in sacculo signata, qua depositarius  
5 usus est, † quo casu furtum commisisse dicitur,  
vt colligitur ex notatis per gloss. in l.die sponsa-  
liorū.§.fi.ff.deposi. & est tex.& ibi no.in l.saccu-  
lum.ff. eod. & est decis. Tolosan.68. Item fuit  
quæ situm, si pecunia fuit alicui tradita, & opti-  
mè declarant Moder.Fanen.in tract.de pign.in 3:  
memb.quintæ partis, num.13.vers.& obsignatio.  
& tunc in solidum tenetur, vt est text. in l. si re-  
6 rum.ff.de re iudic.† An autem hoc casu ad bono-  
rum cessionem admittatur, videatis quæ dicta  
sunt suprà in 17.q. Tertius casus est, vbi dolosè a-  
lienauit, seu bona in fraudem suæ vxoris dissipá-  
uit.eo enim casu iu solidum tenetur, vt est tex.in  
l.si quis dolo.in prin. & ibi not. glo.ff.de re iudi-  
& i-

& in letiam. §. licet. & ibi glo. Bar. & scribentes.  
 ff. sol. matr. & hoc casu cessionis beneficio caret,  
 gl. in d. l. fi. quæ in fraud. credit. & tradit Bal. in l.  
 i. col. i. versi. quæro vtrum ille. C. tit. nostro. & di-  
 cemus inf. in 18. casu. † Quartus casus est, quandò  
 conuenitur actione, puta negotiorum gestorum,  
 quæ loco actionis de dote successit ob eius neg-  
 ligentiam, isto casu perdit beneficium, quod ha-  
 bet, & in solidum tenebitur, vt est text. in l. di-  
 uortio. vbi glo. & DD. ff. de neg. gest. sed hoc ca-  
 su ad cessionis beneficium admittetur, d. l. i. C.  
 tit. nostro. † Quintus casus est, vbi alia actione  
 prorsus ab actione de dote separata conuenitur,  
 & sic ex contractu post dissolutum matrimonii  
 celebrato, & hoc casu in solidum excutitur,  
 vt tenet gloss. in d. l. diuortio. & Dyn. in §. præte-  
 rea, Institu. de aet. quem sequitur Bart. in d. l. ma-  
 ritum. & Aret. in d. §. item si de dote, col. i. versic.  
 si verò conueniatur. † Sed tamen pro euitandis  
 carceribus ad beneficium cessionis bonorum ad-  
 mittetur, d. l. i. Sextus casus est, quandò maritus  
 non esset verè maritus, sed putatius: nam talis  
 non gaudet beneficium, ne conueniatur ultra quam  
 facere possit, sed in solidum tenebitur, & sic car-  
 cerari poterit, vt est text. not. in c. i. in verbo, to  
 tam. secundum communem intellectum Doct.  
 extr. de dona. inter virum & vx. idem tenet Bald.  
 Paul. de Castr. Imol. & Alex. in l. diuortio §. im-  
 pendia. in fi. solu. matr. quamuis glo. in d. c. i. con-  
 trarium teneat. & malè secundūm Alexan. ibi. &  
 hoc casu ad refugium cessionis admittetur, d. l. i.  
 † Septimus casus est, vbi maritus constante ma-  
 trimonio ad dotem conueniretur, eo quia sub-  
 stantia sua malè vteretur: nam hoc casu in soli-  
 dum conuenitur, & dicto beneficio non gaudet

secundum glo. communiter approbatam in l. vbi adhuc. in verbo, ad sustentationem. C. de iure doni per rationem ibi assignatam. & cum illa transit Cy. & Bal. ibi in pe. col. versi. pone quod vir constante matrim. & idem Bal. in l. si quis credidit. ff. de past. & ita tenent Pau. de Castr. Imo. Roma. & Alex. in d.l. si constante, in princ. colum. 5. ad fin. vers. in glo. ibi, & cum temperamento. & ibi Ias. in 18. col. versi. in ultima parte glo. quamuis contrarium teneat gloss. & male in d.l. si constante, in gloss. fina. ibi. & cum temperamentis. & hoc casu ad bonorum cessionis beneficium admittitur.

¶ Octauus casus est, vbi maritus a principio sciens non posse dotem integratam reddere, illam accepit, vel habuisse confessus fuit, eo enim casu in solidum tenetur, & dictum beneficium non habet, gl. est notabilis, iuncto tex. in l. pen. in glo. fi. ff. de iure dot. & not. Bar. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. solut. matr. Sed iste casus ad regulam, de qua supra, adaptari posse non videtur, quia d.l. pen. in focero viri loquitur, qui pollicitus fuit id, in quo se incontinenti non esse soluendo sciebat: casus autem noster in marito loquitur, qui licet tempore receptionis dotis se inopem esse sciret, & illam pro vsu quotidiano se consumpturum, ut pauperes rustici faciunt, nihilominus illam accipere & conseruare, & sic totam restituere poterat, unde ex hoc dolus in ea argui non debet. Quinimodo dici potest adaptari posse: quoniam si maritus dotem recipiens sciat se praeter dotem nihil habere, quamuis eam usque ad restitutionis tempus integrum conseruet, non ignorat tamen quod dicto tempore tantum de dote ipsa retinere poterit, quod non indigebit. ideo sequitur, quod ita recipiens, in dolo versatus fuerit.

fuerit. Hoc tamen non obstante, concludo ipsum  
non esse in dolo, quia quamuis sciret se tempo-  
re receptionis ultra dotem nihil habere, nihilo-  
minus quia statim & incontinenti ad illius resti-  
tutionem se non esse obligatum, sed solum dis-  
solute matrimonio sciebat, cogitare poterat,  
quod soluendo efficeretur, quum in futurum,  
antequam forte restituenda dotis dies eveniat,  
ditari presumatur, argumen. l. si defunctus. C.ar-  
bit.tute, & leg.curा. §. deficiētiūm. ff. de mune-  
ribus & honoriib, ita Alexand.in d.l.maritūm. in  
9. fallen. & in l.ex diuerso. in princip. colum. fi.  
versicu. Secundus casus. ff. solu. matr. cessante er-  
go dolo, cessat dispositio, d.l.pen. que in debito-  
re doloso loquitur, ut latè dicemus infrā in 22. &  
31. quæst. super materia d.l.penul. & hoc casu ad  
aessionis beneficium admittitur, d.l.i.C.titu.no-  
stro. † Nonus casus est, si maritus per mendaci-  
um negavit illud quod erat causa beneficij, putà  
quod nunquam inter eos contractum fuerit ma-  
trimoniūm. nam negans hoc, d. beneficium per-  
dit, & ad integrum dotis solutionem tenebitur,  
text.est in l. sed hoc ita. §. quod autem, ff. de re iu-  
dic.l.verum. §. fi. cum l. seq. ff. pro socio. & firmaç  
in terminis Barto. in d.l. etiam. §. licet. & ibi A-  
lex. colum. 2. versi. successiue quæritur, solut.ma-  
trimono. facit tex. in l. sed & si ex parte. §. interdum.  
& in l. eum qui. ff. quod cum eod. & vtrobique  
not. Barto. Salice. & Paul. de Castr. & est text. &  
ibi not. Ias. post alios in l. qui cum se. ff. de iudic.  
& hoc casu perdit etiam cessionis beneficium  
per ea quæ tradit Bal. in d.l.i. col.i. C. tit. nostro.  
& facit text. in l. si dubitat. §. i. & ibi Bar. & Alex.  
ff. de fideiuss. † Quod tamen intelligendum est  
si in negatione vñque ad litis contestationem'

perseuerat. si enim pœniteret, & matrimonium  
 ante litem contestatam confiteretur, talis nega-  
 tio sibi non præjudicaret secundum Iac.de Aret.  
 vt refert Angel.in d.¶.quòd autem, per l. electio.  
 ¶.neque. vbi valdè notat Bald. ff. de noxal. cum  
 alijs infinitis concord.congestis per Alexand.in  
 d.¶.quod autem,in princ,& in l.eum qui,in prin.  
 14 colum.1,& 2,ff.dę iureiur. & hoc verum, t̄ si mu-  
 lier talem pœnitentiam acceptare velit: si verò  
 eius confessione uti nollet, immò ipsa per testes  
 contrarium probare vellet, & mariti negatio-  
 nem esse falsam, t̄ talis confessio marito nō pro-  
 derit. ita eleganter voluit Bart.in d.l.eum qui,in  
 princ,per illum tex. & ibi eum sequitur Alexan.  
 & prædicta sunt vera, si maritus simpliciter ne-  
 gauit: secūs, si generaliter respondendo libello,  
 in quo de matrimonio, & dotis traditione fit  
 mentio,dicat, nego narrata prout narrantur, &  
 petita prout petuntur, esse vera, iuxta practicam,  
 qua boni & practici procuratores vtuntur. Nam  
 hoc casu beneficium perdere non dicitur. ita  
 signanter dixit Bart.in d.l.si dubitet.¶.1.cum quo  
 transit ibi Imol.& Paul.de Castr.& Salicet. in l.  
 cùm precum.C.de lib.cauf. Areti.& Iaf.in ¶.sed  
 & si quis,in fin. Instit.de act.quamuis Felin.in c.  
 cæterum,colum.penul.in princip.versicu.Limi-  
 ta tertio, extr. de iudic.dicat hanc limitationem  
 communiter reprobari. sed Iaf.in d.¶.quòd au-  
 tem,colum,finia.circa fin.reprehendit Felin.&  
 refert eum malè dicere, & quòd magis commu-  
 nis opin.est cum Bart.& ita consuluit Paris.con-  
 fil.100.certissimum est.colum.1,versicu.prout &  
 tertio,num.9.volum.3.t̄ Item prædicta vera sunt,  
 quandò in mendacio adesset dolus, seu lata cul-  
 pa:secūs, si cessaret dolus aut culpa, nam tune  
 bene-

beneficium non perdit. Alexan. in d.l. etiam §. licet, colum. fina. versicu. tertio limita non procedere. & Felin. in d.c. cæterum, colum. s. in fin. verfic. ista limita primò. quem sequitur etiam Paris. d. consi. 109. col. i. versi. prætereà per negationem, nume. 8. † Decimus casus est, vbi maritus alteri quām mulieri dotem restituere promisisset. nam ille extraneus, cui facta fuit promissio, poterit in solidum cōuenire maritum, nec ei, cui ex lucrativa vel onerosa causa facta fuit delegatio, obstat exceptio, ne teneatur vltra quām facere possit, vt est text, in l. Nefennius. in princip. ff. de re iudic. † Sed huic obstarere videtur tex. & quod ibi not. Alexan. in l. si prior. ff. solut. matrim. vbi est casus, quòd maritus exceptione vtitur, ne vltra quām facere possit, exigatur, etiam contra eum qui per mulierem delegatus est. Respon. quòd oppositio procedit, vbi maritus per hæc verba promisisset, promitto quòd vxori meæ debeo: secùs, si dixisset, centum ex causa dotis promitto. nam tunc talis exceptio non obstareret, quod est verum, etiam si talis delegatio ex causa lucrativa facta fuisset. ita not. voluit Bart. in l. doli. in princip. de nouat. quem sequitur Alexand. in d.l. si prior. cum concord. de quibus ibi per eum. & per Campeg. in tracta. de dote, quæstio. 268. Si maritus promittat, in z. par. & hoc cæ su ad cessionem bonorum admittetur, l. i. C. titu. nostro. † XI. casus est, si maritus negans certam dotis quantitatem, obtulit stare vxoris iuramento, an ipsa de quantitate per eam petita creditrix esset, quæ postmodum in iudicio iurauit, maritum ex causa dotis centum sibi debere: hoc casu lex voluit maritum insolidum teneri, & priuilegio alijs sibi concessso non gaudere, text.

¶36      T R A C T . M A T T H . B R V N I  
est not. iuncta gloss. i. in d. l. eum qui i. §. si mulier,  
ff. de iure iur. de cuius intellectu vide ibi Alexan.  
& Ias. & consequenter non gaudet etiam ob eius  
negationem cessionis beneficio, ut dixi suprà in  
nono casu, nisi post condemnationem confessus  
fuerit iuxta ea quæ vidimus suprà in 2. quæstio.  
20 princip. sub num. 6. t XII. casus est, si uxor ultra  
legalem dilationem marito in dote restituenda  
longiorem concederit, quam de iure communi  
consequi debet, ut in casu l. licet. cum ibi nota.  
per gloss. in verbo, iusta causa. ff. de pactis dota-  
lib. ubi mulier ex inopia viri longiorem terminum  
ad dotis ~~restitutionem~~ marito præstans si-  
bi præiudicium inferre potest. elapso igitur ter-  
mino, non gaudet maritus beneficio, quod te-  
neatur in quantum facere potest, sed insolidum  
condemnabitur, textus est notab. secundum ul-  
timam lecturam gloss. in d. l. sed & si ex parte. §.  
sed an etiam. ff. quod cum eod. secundum quam  
lecturam ita tenet Roman. in d. l. maritum. Sed  
contrarium tenet Bartol. in d. §. sed an etiam. di-  
cens, quod primus intellectus gloss. ibi tenen-  
dus est, quem sequitur ibi Alberic. de Rosa. &  
Bald. & Salicet. quoque secundum Alexand. in  
d. l. maritum. in 1. colum. in fine. versicu. quarto-  
decimo fallit, dicens, quod illum primum intellectum  
videtur approbare gloss. non autem se-  
cundum. Quinimò secundum Salice. gloss. ul-  
timum approbat intellectum, quem videtur se-  
qui Salicet. ibi, non autem primum. Nam post-  
quam secundum intellectum retulit, in eo re-  
sideret, dicens: & secundum istos multi vel pau-  
ci anni, de quibus hic in litera, in iudicis arbi-  
trio relinquitur, quam sententiam videtur te-  
nere glo. & sic Salic. cum secundo intellectu glo.  
& no-

& non cum Bart. tenere videtur, & cum secundo intellectu tenet etiam Angel. ibi, inquiens primā lecturam glo. non esse verām. † Et quod vltimum intellectum approbauerit glo. hoc probatur me-  
dio: nam quando plures adducuntur per gloss. o-  
piniones, & non apparet quam approbare volue-  
rit, in dubio vltima opin. semper approbata in-  
telligitur. l. qui filium, §. Sabinus, & ibi not. per  
glo. ff. ad Trebellianum. & ita colligunt Dd. in l.  
si idem cum eodem, §. fin. in glo. fin. ff. de iurisdi-  
omniū iud. & contra Bart. facit text. in l. fin. C.  
tit. nostro. vbi debitor qui à creditoribus quin-  
queales obtinuit indicias; non habet amplius  
facultatem cedendi bonis, immò etiam si mi-  
norem obtinuisse dilationem cedendi facultate  
priuaretur, vt not. gloss. in dicta l. fin. quam com-  
muniter omnes Doctores sequuntur ibi, & in l.  
alia. §. eleganter, ff. soluto matrimon. & alibi, vt  
refert & sequitur Afflict. in decif. 378. quidam de-  
bitor. in princip. His tamen non obstantib. Alex.  
in d. l. maritum, d. versicu. decimoquartò fallit:  
quem sequitur Campeg. nullam de eo mentio-  
nem faciens, in tracta. de dote. quæstio. 238. quan-  
do maritus habeat. versicu. quartodecimò fallit:  
in 3. particula tenet, hoc dictum Romani non  
esse verum, per d. §. eleganter. † Quia si pacto ex-  
presso maritus renuntiare non potest beneficio,  
quod non teneatur vltrà quam facere potest, eti-  
am cum iuramento, vt voluit Bart. & Dd. in d. §.  
eleganter, Afflict. in decif. 222. Dictat consuetu-  
do. & dicemus infrà in 20. q. princip. ergo nec eti-  
am per tacitum arg. l. qui ad certum, ff. locat. &  
l. si sponsus. §. si maritus. cum similib. ff. de dona.  
inter vir. & vxor. † Quum taciti & expressi idem  
sit iudicium, l. cùm quid cum materia. ff. si certū.

pet. Adeo quæ in comprobatione secundi intellectus gloss. dicta sunt, respondetur quod regulæ illa non procedit, quando gloss. primam opin. recitat. in secunda verò dicit, alij dicunt, vel quidam dicunt. & tunc prima opin. censetur gloss. & non secunda. ita probatur ex gloss. in Rub. ff. si cert. pet. iuncta gloss. in l. certi condic̄tio, in princip. eod titu. & facit etiam ratio, quia dictio, alij, loquentem excludit, ut habetur per Baldum in l. conuenticulam, colum. 4. in princ. C. de Episcop. & cleri. cum alijs per Paris. adductis conf. 79. videtur prima, colum. 3. in princ. versic. quæ dictio, nume. 21. volum. 2. & ita limitat l. in d. l. si idem cum eod. in 3. limita. Sed ita inquit glo. in d. §. sed an etiam. ergo, &c. Ad l. fin. supra allega. respondent Alex. & Campeg. vbi suprà, t̄ quod illud beneficium cessionis bonorum, propter quod debitor in acquirendis post cessionem non tenetur. vt tra quām facere possit, iuxta l. 4. & l. qui bonis. ff. tit. nostro. & l. ex contractu. C. de bonis authori. iudi. possid. non est à iure reuerentiali causatum prout in beneficio marito concessō, vt in d. §. eleganter. & in l. vnica. §. cùm autem ibi reuerentia debitum. C. de rei vxor. actio. Sed in illa l. fin. nulla debetur à creditore debitori reuerentia, immo debitor dicitur secundūm eos, quasi creditoris seruus, vt not. glo. in l. fideicommiss. §. si ratio. de leg. 3. & in l. 3. C. de noua. ergo, &c. XIII. casus est, t̄ si maritus vel eius liberi artifices sunt. & artem aliquam exercent, quā mediante victum sibi querere potest. nam hoc casu excipere non potest, ne exigatur nisi in quantum facere potest, sed in solidum condemnabitur, textus est & ibi not. gl. fina. in l. si maritus in id. vbi Barto. Alber. Baldus, Paul. de Castr. & Alex. ff. solut. matri. & Amanel.

de claris aquis. in singu. 188. Item not. quod maritus, quam gloss. dicunt esse singul. Nice. de Neap. & Paulus de Castr. in d. l. maritum, num. 8. & similis gloss. habetur in d. l. si quis argentum, §. sed & si quis, in glo. fin. C. de donatio. cum alijs cōcord. relatis per Ias. in §. item si de dote, colum. . vers. nam si est persona, sub num. 7. Instit. de act. quamvis Aymo cons. 199. ad subtilia, col. pen. in princ. versicu. nec obſt. gl. volum. t. quod dicat gl. illam non procedere sine dubio per ea quæ scribit Soci. Sen. consi. 30. in causa dominæ Agnetis, colum. fi. vers. confirmatur hoc. volum. 4. & hoc casu cessionis bonorum beneficio gaudebit, iuxta text. in in d. l. 1. C. tit. nostro. XIIII. casus est; † si maritus exceptionem opposuit; quod conueniri non debet, nisi in quantum facere potest, & ea reiecta, iudex eam insolidum condemnauit, à qua sententia maritus non appellavit, non poterit postmodum in executione sententiæ de huiusmodi beneficio excipere, gl. est notab. in d. l. Nefennius, §. fi. ff. de re iudi. † quamvis posset si ante sententiam non fuisset oppositum, ut ibi not. prout in exceptione inuentarij confecti dicitnr; quæ si opposita fuit, & per indicem ad vteriora procedendo nō fuit admissa, nec à non admissione fuit appellatum, talis exceptio amplius opponi nō poterit; nec super ea quæstio refricari, ut habetur in clemen. fin. de appell. & c. suborta, extr. de re iud. per Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, col. 2. in princ. versic. Sed quæro circa hoc, ff. de offic. pro consl. & lega. per Ancharen. pulchritè consi. 6. viso themate quæst. colum. 1. vers. Quoad secundum. Alex. consl. 3. in causa & lite. col. 1. versic. sed quid opus est. vol. 2. Roma. consl. 384. in casu proposito. in fin. Chalca. consl. 115. licet copiosè, in prin. & in fin. &

fin. & Deci. in c. quoniam contra. colum. 19. in fin. versic. dicunt tamen Moder. extr. de probat. & nihilominus si ante sententiam non fuit opposita, in executione sententiæ opponi poterit, vt tradit Bart. & Dd. in l. ex diuerso. §. fin. ff. solut. matr. vbi Alex. hanc esse communem opin. attestatur, & ita decisum fuit in Capel. Tolos. quæstio. 321. Item fuit quæsitum, an hæres possit. & Arela, tradit in §. appellatur, colum. 13. in fin. verfic. ex quo sequitur. Instit. de except. Aufrer. in addit. ad Capel. Tolos. quæst. 258. Item fuit quæsitum. Socer & socrus. Nec est mirum, quoniam regula est, quod omnis exceptio quæ sententiæ non repugnat, etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, & sic in executione opponi potest, l. i. cum ibi not. per gloss. & Doctores. C. de juris & facti ign. & est text. & ibi gloss. & Paulus de Castr. in d. l. Nefennius; §. fin. cum concord. per Aretin. civitatis in §. sed & si quis cum parente. col. fina. verfic. quæro, quando potest opponi. & ibi Ias. in ultima colum. verfic. quando autem. num. 13. Instit. de act. & per. Moder. Fanen. in tract. de pignor. in 4. membro quinta partis, num. 19. verfic. secunda

- 28 conclusio sit, † Si ergo in solidum hoc casu conuenitur, beneficio cessionis bonorum gaudebit, ut carceres effugere valeat, iuxta text. in d. l. i. C. titulo nostro. XV. casus est, vbi maritus post sententiam pauper & inops effectus esset, nam si hec inopia post sententiam etiam absque eius culpa ei obuenit, in solidum tenebitur, & non gaudet beneficio, quod exigatur quatenus facere potest, ita probatur in l. rei iudicatæ. in princip. ff. solut. matrimon. quod est valde notandum, gaudebit tamen beneficio d. l. i. C. titul. nostro.
- 29 X V L. casus est, † ybidos ex delicto uxoris esset

con-

confiscata. nam maritus à fisco pro dote conuentus, non vtitur beneficio sibi à lege concessò, sed in solidum damnabitur, secundùm Baldum in l. quod nemine. ff. de condit. indebi. Contrà Bald. multùm exclamat Alex. in d.l. maritus, in 2. col. in 20. fallen. & Campeg. in d. tract. de dote. quest. 238. quando maritus, circa fin. versic. vigesimò fallit. in 5. part. dicentes, aut lectura Bal. est defectiua, aut ipse male loquitur. Ias. etiam contra Bald. duo fundamenta adducit in d.l. quod nomine, vbi de Bald. miratur, qui quum sit tantus iurista, dixerit contra expressum casum legis, videlicet contra l. si maritus, la. i. ff. solut. matr. & ibi reprehendit Alex. qui non viderit d.l. si maritus, & tandem concludit, quòd in hoc casu maritus habeat suum beneficium, vt in solidum non damnetur. Sed Bald. in lectura mea dum allegat l. si marito publico. ff. solut. matr. allegat ad quest. si maritus fuit confiscatus, & fiscus à creditoribus conueniatur, quod ipso priuilegio marito concessò nō vtetur, quia illud est personale, quod personam non egreditur, l. quia tale. ff. solut. matrimo. dum verò format quæstionem de dote ex delicto vxoris confiscata, concludit quòd maritus contra fiscum gaudebit priuilegio, quod habet à lege, nē conueniatur ultra quam facere possit, & pro hoc alleg. d.l. si maritus. la. i. quam allegauit Ias. contra Bald. ex quibus igitur patet, Bald. benè locutum fuisse, sed eius lectura, quam habebat Alex. Campeg. & Ias. erat defectiua, & arbitror illam lecturam fuisse ex his verbis, Quid si dos est confiscata delicto mulieris, an maritus contra fiscum habebit beneficium mariti? dic quod nō, quia beneficium personale non transit in fiscum. l. si marito publico. ff. solut. matrimon. Sed vera Baldi

Baldi lectura. quam ego habeo , talis est : Quid si  
dos est confiscata delicto mulieris , an maritus  
contra fiscum habebit beneficium mariti ? dic q  
sic,ff.solut.matrimo.l.si maritus.la.i.Quid si ma  
ritus est confiscatus, an fiscus habeat beneficium  
mariti? dic quod non, quia beneficium persona  
le transit in fiscum. ff.solut.matr. l.si marito pub  
lico iudicio damnato . Stante igitur hac lectura,  
benè locutus fuit Baldus, nec ab alio reprehendi  
potuit. ideo casus iste ad materiam nostram ad  
aptari non potest , quod secus fuisset, si lectura,  
de qua suprà, procederet. XVII. casus est, vbi mu  
lier t inops esset, sicut maritus. Nam isto casu mu  
lier est præferenda , & sic maritus beneficio sibi  
concesso non vtetur, sed in solidum conuenitur.  
Guilielm.de Cun.& Paul.de Castr.in l. traditio  
nibus. §. si quis crediderit, ff.de paetis. Bald. in l.  
præses,C.de seruitu.& aqua.Aret.in §. item si de  
dote,col.2.in princ.versf. Primò secundùm Iaco.  
de Aret.& ibi Ias.in l.colum.in fin. verf.Secundò  
vltrà glosi.Instit.de actio. & plenè per Marsil.in  
singu.99.Priuilegiatus , & hoc casu bonorum  
cessionis beneficio gai debit,iuxta d.l.i. C. titul.  
nostro. Quæ tamen supradicta intellige vera, ni  
si maritus ob status mutationem priuilegiatus  
sit.tunc enim beneficio gaudet, vt nō damnetur,  
nisi in id quod facere potest.Baldus in l.2.versic.  
quartò quæro,C.quod cum eo. cum alijs quæ su  
prà in 13.questio.allegauimus.t XVIII. casus est,  
si maritus in administrando bona propria & sue  
vxori, dolum commisit.eo enī in casu, beneficium  
sibi à lege concessio priuatur , & in solidum con  
uenitur.Bartol.Alexan.& communiter scriben  
tes in dicta l. etiam,§. licet. ff.solut.matrimon. &  
Baptista de Sancto Blasio,in tract.priuilegio do.

In 137. priuilegio, num. 37. Idem dicas, si dolo de-  
sigt esse soluendo, l. vnica, §. cum autem, C. de rei  
vxor. actio. & tradit idem Baptista in eodem tra-  
ctat. 314. priuilegio. nume. 14. & t his casibus ob e-  
ius dolum etiam cessionis beneficium perdit, l. fi-  
na. in fin. & ibi glos. ff. que in fraudem credit. &  
l. penult. ff. de iure dot. & tradit Bald. in d. l. i. co-  
lum. 2. vers. quæro vtrum ille, & col. fin. vers. ista  
autem renunciatio. C. titu. nostro. An autem per-  
dat, si lata culpa, propria bona dilapidauit? opini-  
ones Dd. sunt variæ, Alex. tamen in d. l. etiam. §.  
licet. colum. i. versicu. sed iuxta hoc quæro, sub  
num. 6. residet cum opin. Raphael. volentis quod  
perdat, quoniam text. in d. §. licet, dolum requi-  
rit, id est, animum fraudandi vxorem in dote re-  
stituendo, bona propria dilapidando, qui quidem  
animus in meritis finibus culpæ consistere non po-  
test, quia tunc non esset dolus, ergo, &c. & hanc  
opinionem sequitur Campeg. in tract. de dote. q.  
263. Quid si lata culpa, in tertia parte, & ratio est,  
& quia lata culpæ in rebus proprijs toleratur, &  
non punitur, quod est secus in alienis, ut per eum  
dem Alexand. ibi in primo notab. & idem con-  
cludo, si bona dotalia non dolo, sed culpa dilapi-  
davit: secus, si lata culpa, ut decidit Ange. & Dd.  
in l. si constante. §. maritus. ff. solu. matr. sequitur  
Alex. in d. §. licet, colum. pen. versi. sed iuxta hoc  
quæro. Bald. Novel. in tract. de dote, in 14. priui-  
leg. 7. part. Baptista de S. Blasio in d. tract. de priui-  
leg. dot. in 241. priuilegio. nu. 41. & Campeg. eod.  
tract. de dote, q. 264. Quid si committit. in 3. part.  
& hoc casu quum lata culpa dolo æquiparetur,  
Alex. in 1. versic. Sed iuxta hoc quæro. tradit Bar-  
to. in l. cum Nerua. ff. deposi. cum plenè nota. per  
Cagnol. in reg. contractus. in 1. notab. ff. de regul.

**34** iur. perdit etiam cessionis refugium. d. l. fin. in fi.  
 & ibi glo. quæ in fraud. cred. & d. l. penul. de iure  
 dot. † Vnum tamen adde, quod in omnibus casi-  
 bus quibus potest maritus cedere bonis, est in e-  
 lectione hæredum mariti vel ipsius mariti, vtrū  
 inducias quinquenales velit, an verò cedere bo-  
 nus, nō autem est in electione vxoris de dote cre-  
 ditricis, vt probatur in d. l. si cōstante, §. quoties,  
 in fi. solu. matr. & not. glo. in l. fin. in verbo, indu-  
 cias. C. tit. nostro. & Baptista de S. Blasio in d. tra-  
 cta. de priui. dotis. in 260. priu. nu. 60.

## SUMMARIUM.

¶ *Vxor in solutione dotis gaudet beneficio quod ma-  
 ritus habet ne conueniat vltra quam facere pos-  
 sit, nisi tempore promissionis dotis in dolo fuisset.*

*Vxor in solutione dotis, an cedat bonis.*

*Quæst. 21. quartæ quæst. princip.*

¶ **V**igesimoprimò quæro, an † vxor gaudeat  
 beneficio quo maritus in dotis solutione  
 gaudet, vel in solidum teneatur, ita vt ad  
 bonorum cessionem admittatur? Respond. quod  
 mariti beneficio gaudet, l. non tantum. ff. de re iu-  
 di. nisi tempore promissionis dotis in dolo fuis-  
 set, quum sciret se dotem promissam soluere non  
 posse. eo enim casu priuilegio mariti non gau-  
 debit, sed in solidum conuenietur, iuxta glo. not.  
 iuncto text. in l. penultim. ff. de iure dot. vt in præ-  
 cedenti quæstione octauo casu diximus, & hoc  
 casu etiam ad cessionis beneficium ob eius do-  
 lum non admittetur, vt habetur in l. fin. in gloss.  
 fin. ff. quæ in fraud. cred. dictum est in præceden-  
 quæst.

quæst. & dicemus infr. in seq. & in 31. quæst. ergo carcerari poterit. intellige tamen hoc, ut dictum est supr. in 1. quæst. 4. q. principalis.

## SUMMARIA.

- 1 Socer vxoris conuentus pro restitutione dotis. tam constante quam soluto matrimonio, gaudet beneficio, quod non conueniatur nisi in id quod facere potest, deducto ne egeat.
- 2 Socer viri an tam constante quam sol. matr. priuilegium habeat, ut non conueniatur in dotis solutio ne nisi quatenus facere possit, sicut habet vxoris socer, vel in solidum teneatur?
- 3 Socer viri si dolum commisit, in duendo generum ad matrimonium contrahendum cum eius filia, sub spe dotis promissa, quam soluere non poterat, priuilegio non gaudet. quod conueniatur quatenus facere potest, sed in solidum condemnatur solut. matr. an idem sit, si constante matrimonio conuenitur, & nu. 4. Intellectus l. pen. ff. de iure dot. eod. num 4.

Socer vxoris & viri, an cedat bonis.

## Quæstio 22. quartæ quæstionis principal.

**V**igesimo secundò quæro, tñ nunquid vxoris socer, & sic mariti pater, pro dote conuentus, in solidum conueniri debeat, & sic non soluendo, ad refugium cessionis admittantur, vel beneficiogaudeat, ut non damnetur ultra quam facere possit? Respondeo, quod beneficium

ficium habet ne conueniatur, nisi quatenus face<sup>re</sup> potest, deducto ne egeat. text. est in l. sicut, ff. de re iudicata. & in l. rei iudicatæ, §. socero, cum l. sequen. ff. solut. matrimon. quod intellige non tantum constante matrimonio, verum etiam eo dissoluto, secundum glo. in l. noh tantum. in verbo, condemnatur, quam ibi sequitur Alexand. in l. colum. versicu. Capiō gloss. ff. de re iudic. † Aut autem in socero viri idem procedat? textus in l. ex diuerso. in princi. ff. solut. matrimon. videtur velle, quod eiusdem sit conditionis mariti sacer, cuius conditionis sit pater viri, & consequenter quod vnu sicut alter indistincte priuilegium habeat, ne exigatur vltra quam facere possit. sed textus in d. l. sicut, cum l. sequenti, differentiam inter prædictos cōstituere videtur, scilicet quod viri pater indistincte priuilegium habeat, pater vero mulieris illud tantum habeat, si constante matrimonio non post, conueniatur: & ideò Doctores in hoc ob veritatem dictæ l. ex diuerso, in princip. & d. l. sicut, & l. penulti. ff. de iure dotium. vario modo locuti sunt, & protanta Iurisconsultorum, euitanda varietate glossi. in d. l. ex diuerso, in verbo iustum esse. conatur ad concordiam dicta iura reducere, & vult quod uterque sacer supradictum beneficium habeat indistincte, tam constante matrimonio, quam eo dissoluto, nisi in instrumento promissionis dotem restituere iurauerit. tunc enim contra iuramentum venire non potest, nisi prius absolutione à iuramento obtenta, vt conclusum fuit in curia Tolosa. q. 258. Item fuit quæsumum, Sacer & socrus, & nisi dolus à principio ex parte patris mulieris interuenierit, qui generum ad matrimonium cū eius filia contrahendum induxit sub spe dotis

promis.

promissæ, quā suadebat socer soluere posse, quū  
 non posset, per text. in l. pen. in fin. ff. de iure dot.  
 & cum d. l. gloss. transit Bart. & communiter Dd.  
 vt refert Alexā. in d. l. sicut, cum d. l. non tantum:  
 col. 3. ver. in gl. vtimur. nume. 13. excepto Paul. de  
 Cast. qui inquit: Aut in patre mariti loquimur, &  
 tūc plenè gaudet hoc beneficio, quia actio ad do-  
 tem restituendam dicitur sol. matr. nata, non ante:  
 & iura dicunt, eum gaudere. sed in hoc malè  
 loquitur Pau. de Cast. quia etiam constante matr.  
 de dote conueniri potest, per d. l. si constante. §.  
 quoties. sol. matr. quo casu locum habet etiam d.  
 beneficium, vt per Bart. in d. l. si constitutione, in  
 prin. col. 4. versic. septimò quāero, quid in socero:  
 item quia non distinguit Paul. in casu matrimonij  
 dissoluti, an dolum commiserit socer, vel nō:  
 & sic dicit contra text. in d. l. penult. Idem tamen  
 Paul. in d. l. non tantūm. sequitur gl. supradictā,  
 vt non sit differentia, an constante, vel dissoluto  
 matrimonio conueniatur, & an simus in patre  
 mulieris, vel in patre mariti, cessante dolo. Sed  
 adhuc restat dubium vnum non leue. † quid e-  
 nim si socer viri à principio fuit in dolo, dotem  
 promittendo, quam sciebat se soluere non posse,  
 vt dixi, & constante matrimonio conueniatur,  
 nunquid dictum beneficium habeat? certum est,  
 quod si soluto matrimonio conueniatur, non ha-  
 bebit. dicta l. penultim. Sed constante matrimo-  
 nio hoc opus, hic labor est: si tenemus glos. suprà  
 relatam in d. l. ex diuerso. quæ contrariari vide-  
 tur d. l. penult. & l. fed hoc ita, de re iud. & sic tan-  
 ta est inter Dd. varietas ex dictarum legum vari-  
 etate, quod vix defendi possunt, videtur tamen  
 dicendum, quod dictum priuilegium non habe-  
 at propter d. l. sed hoc ita, in fine. in verbo, doli.

& l.verum. §. tempus autem, ff. pro socio. facit te-  
xtus in l. etiam. §. licet. ff. sol. matr. & hoc tenere  
videtur Paul. de Castr. in d.l. ex diuerso. & idem  
sentit Bart. in l. alia. §. eleganter. in fin. solut. mat.  
dum allegat d.l. penul. vbi Bart. non videtur ali-  
quam constituere differentiam inter patrem vi-  
ri, & patrem vxoris, quia siue pater mariti, sciens  
se non esse soluendo, dotem recipiat, siue pater  
mulieris dote in promittat, sciens se soluere non  
posse, quum in dolo videantur, dictum benefi-  
cum perdunt. In contrarium facit, quia si hoc ve-  
rum esset, s. quod beneficium perderent, sequere  
tur quod nunquam esset differentia, siue ficer vi-  
ri contante matrimonio, siue soluto conueniatur.  
cuius contrarium voluit litera in d.l. sicut. in fin.  
cum seq. & d.l. pen. iuncto fine cum princ. & hoc  
in puncto iuris verius videtur, secundum Alex.  
in d.l. ex diuerso. in xl. colum. vers. sed adhuc mi-  
hi remanet, quando tempore contractae obliga-  
tionis dolus fuit commissus, alioquin non vide-  
tur talem contrarietatem tutè defendi posse. Ad  
contraria scilicet de l. sicut ita, & l. verum. inquit  
respondesti posse quod loquuntur de dolo, qui  
ex post facto interuenit, hoc est, ante soluendi  
facultatem, non autem à principio contractae ob-  
ligationis: quo casu, siue constante, siue soluto  
matr. conueniatur, beneficium perdit, vt ibi Imo-  
la in d.l. non tantum. in hoc passu, cogitandum re-  
linquit, vnde Alex. inquit, minus peccatum esse,  
cogitandum relinquere, quam Iurisconsulto-  
rum varias sententias demonstrare, quoniam sal-  
ua eorum pace, non potest eorum varietas vlo-  
pacto tutè defendi. Nihilominus ipse aliter lo-  
quendo in d.l. sicut. in glo. in verbo, utimur.  
varias refert opinio. & tandem dicta iura concor-  
dere

dare tenetur, dicens non videri bene dici posse, dolum, de quo loquitur text. in d.l. penult. adaptari ad socerum mulieris, quum incertus sit causus, & tempus restituendæ dotis incertum, & spes sit, talem socerum alia bona acquirere, vt etiam in 8. casu 10. q. dictum est suprà per tex. in l. si defunctus, C. arb. tut. cum vulg. ex hoc fortasse d.l. sicut: vult inter socerum viri, & socerum mulieris differentiam constitui: alioquin difficile forsitan esset, diuersita. rationem reddere, & ita arbitratur d. iura intelligenda, & ita idem Alex. tenere videtur in d. l. ex diuerso, colum. fin. circa finem, vers. secundus est casus. Sed talis respon. non tollit contrarietatem d.l. sicut, in fine. iuncta d.l. sed hoc ita. in prin. & d.l. penult. text. enim in d.l. sicut. in fin. & d.l. sed hoc ita, in prin. volūt socerum viri, non sol. matr. sed duntaxat, eo durante beneficium habere: lex verò pen. ibi, si dirempto matr. vult contrarium, quod etiam matrimonio dissoluto habeat d. beneficium, nisi in dolo fuerit, communiter tenent Dd. in d.l. sicut. vt attestatur Alex. ibi num. 13. versi. in glo. in verbo, vtimur. & sic ista iura ad inuicem contrariantur, quam contrarietatem impossibile est euitari posse, nisi ex mente gloss. & Doctorum dicatur, d. l. ex diuerso. distingui per d. l. sicut. & d. l. sed hoc ita, in princip. an manente vel solut. matr. contra socerum agatur à marito, & d. l. sicut. & d. l. sed hoc ita, per d. l. pen. subdistingui, an solut. matr. socer à principio dolum contra generum commiserit. Cogita tamen.

## S V M M A R I A.

*Procurator vel defensor mariti gaudet priuilegio  
mariti, eo viuente: ipso autem mortuo, condemnata*

*tur in solidum, nisi filius eiusdem matrimonij marito successisset.*

Procurator vel defensor mariti, an cedat bonis.

*Quæst. 23. quarta quæst. princip.*

I. **V**igesimo tertio quæro, nunquid t<sup>h</sup> procurator vel defensor mariti viuentis, de dote conuentus, ad beneficium cessionis bonorum admittatur, vel priuilegio gaudeat, quod eius principalis habet? Respond. quod utitur mariti priuilegio, ne condemnetur, nisi in quantum facere potest: mortuo autem viro, in solidum condemnabitur. textus est in l. si cum procuratore, & ibi notat Bartol. Alexand. Ias. ff. de re iudicat. & hoc casu, ad cessionis refugium admittetur. l. I.C. titulo nostro. nisi esset eiusdem matrimonij filius, qui marito successisset, ut est glo. ibi, quam sequitur Bart. & communiter Doct. vbi Ias. in p. nult. colum. versi. in gl. in verbo, in solidum. Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratr. in ultima part. col. lum. 3. in fin. & Anchar. conf. 411. Et prima facie. colum. 1. versi. tertio istud. num. 5. & dicemus infra in 26. quæstione.

### S V M M A R I A.

*Socius soluta societate, gaudet beneficio, quod non condemnetur ultra quam facere possit, nisi in instrumento societatis iuramentum interuenerit, & nisi dolum vel latam culpam in societate commiserit. & nu. 2.*

*Quod procedit tam in socio omniū bonorum, quā vnius*

vnius rei, num. 4.

3 Negans id, quod est causa sui beneficij, perdit beneficium: secūs, si debitum negaret, & nu. 5,

Socius an ad bonorum cessionem  
admittatur.

*Quæstio 24. quartæ quæstionis principal.*

**V**Igesimoquartò quæro, † vtrùm socius soluta societate, si non habet ynde soluere possit, ad bonorum cessionem admittatur, vel beneficium habeat, vt non damnetur, nisi in quantum facere possit? Respond. quòd d. beneficium habet, text. est in l. sunt qui in id. ff. de re iudic. vbi socius non exigitur in plus, quàm facere possit, scilicet commodè secundùm eius qualitatem, vt habetur in l. in condemnatione, ff. de regul. iur. & commodè dicitur facere posse, deducto, ne egeat: non tamen æs † alienum dedit, dicta l. sunt qui in id. & hoc intellige verum, nisi in societatis instrumento iuramentum interuenierit. eo enim casu beneficio prædicto non gaudeat, iuxta ea quæ not. in Capel. Tolosa. quæstione 258. Item fuit quæsitum, sacer & socrus, & procedit, dolo cessante: si verò dolum vel latam culpā in societate commiserit, in solidum tenetur, quum neque sit æquum, dolum suum quenquam releuare. l. verum. §. tempus autem, ff. pro socio. & l. sed hoc ita, in fine. ff. de re iudicat. & l. qui cum sequent. ff. eod. & latè consuluit Corn. consil. 128. Circa hanc, volum. 3. & hoc casu respectu doli perdit etiam cessionis beneficium, vt est gloss. singularis in l. fina. ff. quæ in frau. cred. & d. l. penul. ff. de iur. dot. Is enim qui dolit ratione cō-

uenitur, cessionis refugium non habet. nec priuilegio gaudet, ne conueniatur vltra quam facere possit, vt tradit Veronen. cons. 9. Quidam ex delicto. n. 4. & vidimus suprà in 14. quæsti. Idem si negauerit se socium. Nam tamen negans id quod causab beneficij habet, beneficium perdit, d. §. tēpus autem. & d. l. sed hoc ita, §. quod autem, in fin. l. si unus. in fin. ff. pro soc. not. in d. l. sunt qui in id. & l. si dubitet, §. i. ff. de fideiuss. fac. text. in l. sed & si ex parte. §. interdum. & ibi Doctores, ff. quod cū eo. & tradit Ias. cum multis similib. in l. quod te, colum. ii. in medio. vers. eodem modo si quis. ff. si cert. pet. & in l. qui cum, ff. de re iud. tamen & intellige non solum de socio omnium bonorum, sed etiam unius rei, d. l. verum. in princ. & not. in d. l. sunt qui in id. & in his casibus carcerari poterit, à quo carcere etiam cedendo non liberabitur. d. l. quæ in fraud. cred. & d. l. pen. prout etiam in marito diximus suprà in 9. casu 20. quæst. num. 14. tamen si verò debitum negaret, priuilegio gaudebit, vt non exigatur vltra quam facere potest, vt tradit Bart. in d. l. si dubitet, & multa alia in proposito scribit Are. in d. §. si socius. & ibi Ias. sub §. sed & si quis. in 3. not. Inst. de act. quos omnino vide.

## S V M M A R I A.

- 1 Fideiussor non gaudet priuilegio principalis habentis priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere potest, sed in solidum conuenitur.
- 2 Priuilegium concessum marito, socio & alijs, de quibus in l. sunt qui in id. ff. de re iud. non transit ad fideiussorem, ex quo est personale.
- 3 Fideiussor datus à marito, soluto vel constante matrimonio-

*primorio, pro dote restituenda, non gaudet pri-  
uilegio mariti: secùs si datus fuit à principio.* &  
*nu. 4.*

5 *Fideiussor quo casu poſbit ſe defendere, vt in ſoli-  
dum non condenetur, ſed teneatur ſolum quate-  
nus facere potest.*

*Fideiussor an cedat bonis, vel gaudeat priui-  
legio principalis debitoris.*

*Quæſt. 25. quartæ q. princip.*

**V**igesimoquinto quæro, † an fideiussor da-  
tus ab his, qui non conueniuntur vltra  
quam facere poſſint, ſi nō habet vnde fol-  
uere poſſit, † eodem priuilegio gaudeat quo gau-  
det principalis, vel in ſolidum teneatur, ita vt vo-  
lens ſe à carceribus liberare, bonis cedere debe-  
at? Respon. quòd in ſolidum teñetur, & ſui prin-  
cipalis priuilegium nō habet, quia illud eſt per-  
ſonale, & ad fideiufforem non tranſit, vt eſt text.  
in l. & ſi fideiuff. vbi gloſſ. Barto. & Alexan. quem  
vide omnino sub l. ſed hoc ita. §. quòd autem, nu.  
9. & ibi Iaf. ff. de re iudic. & dictum eſt ſuprà in 6.  
q. versi. ſed beneficium quod datur, nu. 8. ideò ad  
bonorum cessionē admittitur. idem firmat Aret.  
in §. fi. versi. in ea. ibi, de re iud. Inst. de replica. di-  
cens, hoc beneficium fideiuffori non prodeſſe,  
quamuis procuratori & defensori proſit: ratio  
diſſentia eſt, quia fideiuffor ex ſua obligatio-  
ne vel ſtipulatione connenitur, l. blanditus. C.  
de fideiuff. † Sed defensor & procurator ex ob-  
ligatione ipſius rei principalis conuenitur, vt ibi.  
& no. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. & hoc ven-  
dicat ſibi locum etiam in fideiuffore mariti dato

pro dote restituenda, si fuit solut. matr. datus: se-  
cùs, si à principio, vt voluit Bart. & communiter  
Doct. in l. si constante. §. quoties, col. i. sol. matr.

5 & t̄ procedit etiam si constante matrimonio da-  
tus fuit, quando maritus incipit ad inopiam ver-  
gere, iuxta text. reputatum sing. in c. per vestras.  
vbi Bal. ad hoc no. ext. de donat. inter vir. & vxo.  
de quo per Ias. in d. l. & si fideiussor. in fi. & in d. l.  
si constante, in prin. col. i. vers. tertio no. amplia.

6 & col. io. in fi. vers. sed æquiuocat D. Alex. t̄ Pote-  
rit tamen d. fideiussor, à dicta cessione se defen-  
dere, vt non condemnetur, nisi quantum facere  
potest, si principalis comparendo in se iudicium  
fuscipliat, tanq;am necessarius defensor, ex per-  
sona sua propria exceptionem opponēdo, quod  
facere potest, l. idem q; §. generaliter. & ibi Bart.  
& Doct. ff. mand. & no. Bart. in d. l. & si fideiussor.  
& in l. verum. in princ. ff. profsoc. Aret. in §. sed si  
quis, col. fin. vers. & prædicta exceptio. Instit. de  
actio. & ibi Ias. in vlt. col. in princ. vers. nunquid  
autem. & idem Aretin. in d. §. vers. aduertas quòd  
licet. Instit. de replica. vel fideiussorem procura-  
torem suum constituat, vt declarat etiam idem  
Aret. in §. in omnibus, colum. 2. vers. an priuilegi-  
um. cum vers. seq. Inst. de fideiuss. alioquin si non  
comparuerit, & insolidum condemnetur fide-  
iussor, etiam principalis ad idem condemnabi-  
tur, & sic per indirectum excludetur principalis  
à beneficio quod habet, vt nō teneatur vltra quā  
facere possit, vt pulchrè declarat Alex. in d. l. et si  
fideiussor. ad quem me remitto, vbi etiam quæ-  
stionem ponit de eo, qui pro usurario fideiussit,  
an vltra usurarij facultates exigi possit, iuxta c.  
quanquam. de usur. lib. 6.

## SUMMARIA.

- 1 Hæres mariti legantis in testamento uxori dotes suas, si non habet unde soluere posset, an gaudeat mariti defuncti priuilegio, vel ad cessionem bonorum admittatur, & nu. 3.
- 2 Priuilegium quod maritus habet, ne conueniatur ultra quam facere posset, conceditur à lege marito ad tempus, id est, usquequā ad pinguorem fortunam peruerterit, vel quoad vixerit, & ad filios primi gradus eiusdem matrimonij tantum extenditur, non ad nepotes, vel pronenepotes, & nume. 4. & nu. 7.
- 3 Hæres mariti si filius est eiusdem matrimonij, gaudet eodem priuilegio quo gaudebat maritus defunctus ut non conueniatur nisi in quantum facere potest.
- 4 Filiorum appellatione in priuilegijs non comprehenduntur nepotes, & nu. 9.
- 5 Sobolis appellatione veniunt liberi, nepotes, pronenepotes, & ulteriores.
- 6 Priuilegium filijs concessum, in praecidicium tertij ad nepotes non extenditur: secūs, si tertij praecidicium non concernit.

Hæres mariti, an cedat bonis, vel gaudeat defuncti priuilegio?

Questio 26. quarta quest. princip.

**V**Igesimosextò quæro, t̄ nunquid hæres mariti, in solutione dotis, uxori in testamēto relictæ,

relictæ, si no habet vnde satisfacere valeat? ad b<sup>q</sup>  
norum cessionem admittatur? vel gaudeat priu-  
legio, ne conueniatur vltra quam facere possit,  
quo maritus defunctus vti poterat? Videbatur  
dicendum, quod ad solutionem integræ dotis re-  
lictæ teneretur, per textum in §. sed si vxori. In-  
stit. de lega. & quod ibi not. & est ratio, quia pri-  
uilegium illud personale est, & ad hæredes non  
transit, l. maritum. & l. quia tale. ff. solu. matrim.

- 2 † Nam hoc priuilegium quod maritus habet, vt  
non exigatur vltra quam facere possit, ad tem-  
pus marito à lege conceditur, vsquequò ad pin-  
guorem fortunam peruerterit, ad quam lex ip-  
sum venire præsumit. argum. text. in l. si defun-  
ctus. cum vulg. C. arbi. tute. vel quoad vixerit, &  
sic cum ipsius vita extinguitur, vt declarat Bart.  
in l. ex diuer. §. si in iudicio. in fi. ff. solu. matr. me-  
ritò ad hæredem non transit? † Tu dic quod gau-  
det mariti priuilegio, si hæres erit filius ex eo-  
dem matrimonio natus, text. est in l. etiam. in  
princip. & ibi not. Barto. & communiter DD. vbi  
latè per Alex. ff. solut. matrim. glo. est not. in l. si  
cum procuratore. & in l. sciendum. ff. de re iudic.  
& est glo. in l. liber captus. in fi. & ibi not. signat  
Bald. C. de postlim. reuer. vbi quærerit, an mater  
petere possit filium pro dote carcerari, & respon-  
det, quod non, quia filius ad dotis restitutionem  
matri non tenetur, nisi quatenus facere potest, et  
allegat d. l. etiam. idem firmat Petr. de Bell. in §.  
sunt præterea, colum. i. versi. aduertatis istud pri-  
uileg. Inst. de act. & ideo dixit Ang. in d. l. etiam.  
in prin. cum quo transeunt Imo. Roma. & Pau. de  
Castr. † quod priuilegium marito concessum,  
ne exigatur nisi in quantum facere possit, ad fili-  
os primi matrimonij, non autem ad nepotes vel  
pron-

pronepotes extēnditur. † Quia ex alio matrimo-  
 nio sunt nepotes, & filiorum appellatiōe in pri-  
 uilegijs nepotes non comprehenduntur, l. sed &  
 milites. versic. hic autem. ff. de excusa. tut. Bar. ta-  
 men in d.l. si cūm procuratori. in sfp. tenet illud  
 priuilegium transire ad omnes de sobole, per  
 text. in authen. si quid. C. qui pot. in pig. habent.  
 † Quia sobolis appellatione liberi, nepotes, pro-  
 nepotes, & vltiores veniunt, vt est tex. in §. si  
 quis autem defunctus. in authent. quib. mod. na-  
 tu. effic. sui. probatur in secunda. C. de infan. ex-  
 pos. iuncta l.t. C. de alen. libe. & contra Ange. te-  
 net lac Butr. quem sequitur Bart. in l. liberorum,  
 col. 5. versi. his præmissis, reducamus hanc mate-  
 riam. ff. de verb. signfi. Alex. verò in d.l. etiam, in  
 1. col. versic. sed pro concordia distinguit. † Aut  
 loquimur de priuilegio, de quo in d. l. etiam. &  
 tunc quia litera clarè de filijs eodem patre, & ea-  
 dem matre loquitur, non comprehenduntur ne-  
 potes, nec vltiores. & sic procedit op. Ang. &  
 sequacum. & hoc est, † quia priuilegium filijs  
 concessum, ad nepotes in præiudicium tertij nō  
 extenditur. Bart. in d.l. liberorum, colum. 4. post  
 princ. versi. quæro qud in rescripto. & Anchæ.  
 in Clem. 1. col. 3. versic. 3. quæro de baptism. Aut  
 tale priilegium tertij præiudicium non concer-  
 nit, & tunc transit ad nepotes, l. diuo Marco. C.  
 de quæst. & hac distin. vtitur Bal. in l. maximum  
 vitium, colum. 2. & 3. C. de libe. præter. & in d.l.  
 sed & milites. Aut loquimur de priuilegio d.  
 Authenticæ, si quid, & tunc quia ille text. ex-  
 pressè de sobole loquitur, ad nepotes transit, &  
 ideo dictum Bart. in d.l. si cum procuratore. non  
 plenè probatur in d. Auth. si quid. Quia in casu  
 quæst. Bart. de priuilegio priuilegium tertij con-  
 cernen-

cernente agebatur, nec illud in d. Auchen. si quid exprimitur, nisi dicas secundum Ias. in d.l. si cum procuratore, col. penul. in fin. versic. tu pondera diligenter defendendo Bartol. quod nepotes ex eodem matrimonio, scilicet qui & auiæ descendunt, cuius vigore agit contra istos nepotes ad dotem. Ipse tamen contra Bar. tenet, non obstante supradicta Alexan. distinct. Quia in priuilegijs, quæ strictè interpretanda sunt, filiorum appellatione nec nepotes, neque pronepotes veniunt, vt afferit Ange. & sequaces, præsertim vbi priuilegium filijs concessum, tertij creditoris præiudicium concernit, vt dictum est. Concludo igitur, quod, in casu nostro filij tantum, non autem nepotes, priuilegium habent eius qui nō tenebatur, nisi in quantum facere poterat. & ista est communis opinio, quam refert & sequitur Negusan. in tracta. de pign. in 4. membr. secundæ par. nume. 95. verf. sed difficultas est. Et ideo non filij, se nepotes ad integrum dotem tenentur: & si nepotes non habent unde soluant, ad bonorum cessionem admittuntur, l.i. C. tit. nostro.

## SUMMARIA.

- 1. *Donator factus inops ante tempus traditionis rei donatae, priuilegium habet, vt non exigatur, nisi quatenus facere potest, deducto, ne egeat, & ære alieno deducto.*  
*Cautela excipiendi pro donatore, qualiter fieri & proponi debeat. ibid.*
- 2. *Donator in solidum donatario tenetur ad rem & fructus penes ipsum existentes, seu dolo consumptos,*

*ptos, si possessio rei donata iterum ad manus ipsius  
peruenerit, & rei vendicatione ad rem illam do-  
natam conuentus fuerit.*

- 3 *Donator negans bona donata donasse, in solidum conuenitur a donatario.*
- 4 *Donator in solidum conuenitur, si donauit in opus publicum constituendum.*
- 5 *Donator si constituit ab initio se rem donatam no-  
mine donatary possessorum, in solidum conueni-  
tur.*
- 6 *Donator renunciare potest beneficio quod habet,  
vt non conueniatur, vltra quam facere posset.*

**Donator effectus inops ante traditionem rei  
donatae, an cedat bonis?**

*Quest. 27. quartae q. princip.*

**V**Igesimo septimo quæro, donator, t qui  
purè & simpliciter ex sua mera liberali-  
tate donauit, & donatario bona donata  
infra certum diem tradere & consignare promi-  
sit: vtrum factus inops ante tempus traditionis,  
beneficium habeat, ne conueniatur vltra quam  
facere possit, vel in solidum teneatur, ita quod  
si soluere non potest, ad cessionis benefici-  
um habet, vt non exigatur nisi in quantum fa-  
cere potest, deducto, ne egeat, & alieno ære de-  
ducto, textus est in l. inter eos. §. is quoque, &  
l. exhæredatum. & l. ne liberalitate ff. de re iu-  
dicata. & facit textus in l. maritus facere, ff  
soluto matrimonio. Cautelam autem exci-  
piendi

- piendi pro donatione ponit Aretinus in §.appel  
lantur,col.4.ante fin.versic.vltimò not.Instit.de  
 2 except. † Fallit tamen, si rei donatæ possessio ad  
manus donatoris peruenit, & rei vindicatione  
ad rem illam donatam à donatario fuit conuen-  
tus,nam isto casu beneficio de quo suprà, non v-  
titur, sed in solidum tam ad rem ipsam quàm ad  
fructus penes ipsum extantes, seu dolo consum-  
ptos,pro quibus iuratur in litem,condemnatur,  
vt est text. & ibi pulchrè per Alexan. post alios  
in l.Nefennius.§.fundum.ff.de re iudi. & est tex.  
in §.sed & si quis..versic.idem si quis. vbi Aret.&  
Ias.Institu.de aët. & quæ ad rem & fructus penes  
donatorem extantes, ad bonorum cessionem ad-  
mittitur : quo verò ad fructus dolo consumptos,  
cessionis beneficium perdit, iuxta not. per Pau-  
lum de Castr. in l.etiam.§.licet, num.1. versicu.  
 3 quæro quid in alijs, ff.solu.matrimo. † Fallit e-  
tiam, si negaret donans bona illa donasse,nam eo  
casu in solidum conuenitur, vt est text. in l. sed  
hoc ita.in fi.ff.de re iudi.& hoc casu per eius do-  
lum cessionis beneficium perdit,l.fi.in fin. & ibi  
glo.ff.si quis in fraud.credi. & dixi suprà in 24.q.  
 4 sub num.2. † Fallit quoque nisi esset donatio in o-  
pus publicum constituendum , quo casu in soli-  
dum tenetur. Alex.in l qui ex donatione.ff.de do-  
natio.An autem hoc casu cessionis beneficio gau-  
 5 deat, vide quæ suprà scripsimus.in 9. q. † Item  
fallit, si donās se ab initio donatarij nomine pos-  
sessiūrum constituerit , qui posteà rem ipsam à  
donatore petit, nam hoc casu donans, eo benefi-  
cio vti non poterit, non magis, quàm si rem se-  
mel realiter tradidisset,vt not.tradit Tiraquel.in  
 6 simili. † An autem donator beneficio , vt non  
conue-

conueniatur in plus quam facere potest, renuntiare valeat, conclude quod sic, ut per Alexand: in I. alia. §. eleganter. colum. penul. num. 16. ff. solut. matrimonio.

## SUMMARIUM.

- 1 Debitor qui malitiosè bona sua in fraudem creditorum dissipauit, omnia sua bona alienando, vel maiorem partem, perdit beneficium cessionis bonorum, & puniri debet etiam extra ordinem.  
Debitor qui bona sua in ludo, vel in meretricibus consumpsit in fraudem creditorem, ad bonorum cessioni non admittitur. eod.
- 2 Debitor si dolosè cum creditore versatus est, cessionis beneficium perdit.
- 3 Nemo ex proprio delicto debet premium reportare.
- 4 Debitor condemnatus si statim ad mandatum alterius iudicis dat alteri bona insolutum, ob eius fraudem ad cessionis refugium non admittitur.
- 5 Debitor qui malitiosè & in fraudem creditorum bona sua consumpsit, si ad pinguorem fortunam peruerterit, non gaudebit beneficio, quod non conueniatur ultra quam facere possit, sed in solidum exigetur.
- 6 Debitor quamvis bona immobilia dolosè alienauerit in fraudem creditorem, ex quo poterūt illa per creditores actione Pauliana reuocari ab his, qui ea possident, poterit tamen cedere bonis.

Debitor bona in fraudem creditorum dissipans, an bonis cedere possit?

L

Quæst.

**V**igesimo octauo quæro, † nunquid debitor qui bona sua in fraudem creditorum omnia, vel maiorem partem alienando, iuxta l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credito. malitiosè dissipauit, vel in ludo perditionis bona sua consumpsit, vt l. si quis cùm sciret. ff. de vñca. pro emptor. vel in meretricibus, quæ perditorum animam & corpus deuorant, vt l. i. C. de natura. liber. beneficium cessionis bonorum habent? Respon. quòd non, vt est text. in l. fin. secundum gloss. fin. ibi communiter approbatam. ff. quæ in fraudem creditor. l. penulti. ff. de iure dot. l. si quis dolo. in princip. ff. de re iudi. & §. item si quis in fraudem. & ibi DD. Institut. de actio. Petr. Jacob. in sua pract. tit. nostro. in penul. col. versicul. item si quis. Domini de Rota in decif. 83. No. quòd ubi monachus. in fin. in antiquis. Imol. in c. Odoardus. colum. 3. in princ. versicu. in glo. fin. ibi, quia periurus. num. 18. extra. de solu. Bartol. in l. alia. §. eleganter. in fin. ff. solut. matrimo. firmat Bald. in l. i. colum. 2. versicu. quæro vtrum ille qui studiosè. & colum. fin. versicul. ista autem renunciatio. & ibi Angel. qui illam l. in fin. dicit esse singul. & alibi non reperiri. Cod. titul. nostro. idem Angel. in d. §. eleganter. numer. 4. & Bald. in fin. ad §. fin. Institut. de actio. Salicet. in d. l. i. colum. 2. in princip. versicul. oppon. tertio. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. libr. 10. & in leg. 4. ff. titul. nostro. cum concordan. per Alexan. citatis in d. §. eleganter. colum. 5. in princip. versicul. Et in quantum Bartol. Aret. in d. §. fin. in princip. & ibi Iaf. in 2. colum. ad fin. versicul. in ea. gloss. & column. penultim. in princip. versic.

versicul. nono prædicta regul. vbi addit Aretin. quod talis debitor carcerari potest, & etiam extra ordinem puniri, & tali casu non iuuatur cedendo bonis. Prædictam conclusionem firmat Imol. in c. lator. colum. 5. in princip. versicul. primus est extra de pignor. Veronens. consil. 9. Quidam ex delicto. versicul. & eandem opinionem. numer. 4. vbitenit, quod qui ratione doli conuenitur, cessionis beneficium non habet, nec priuilegio gaudet, ne conueniatur nisi in quantum facere potest. Bald. Nouel. in tractatu de dote. priuileg. 4. septimæ partis. & latè consuluit Paris. consil. 9. 1. Speciales. colum. 2. versicul. minus etiam poterunt. & colum. 7. in fin. versicul. nec istis obstat. & colum. penultim. post princip. versicul. quoniam ut ex verbis. volum. 1. † Quod etiam procedit, si debitor cum creditore dolosè versatus est, ut consuluit Paul. de Castr. consilio 129. viso puncto suprascripto & allegationibus. ad fin. volum. 2. in nouis. quem sequuntur quidam in apostol. ad Bartol. in dicto §. eleganter. & in l. etiam. §. licet. in vltim. apost. ff. solut. matri. & Aufre. in addi. ad Capel. Golof. in decis. 456. Item fuit quæsumum. quidam monachus. & ratio prædictæ conclusionis reddi potest, † quia non est æquum, quenquam ex proprio dolo vel delicto releuari, & premium reportare. l. verum. §. tempus autem. ff. pro soc. &c. intelleximus. extra de iudic. per Ioann. de Ana. consil. 80. visis & intellectis. ante fin. fac. text. in l. non fraudantur. §. nemo ex suo delicto, ff. de regul. iur. & l. relegatorum. in fi. ff. de interdict. & releg. & prædicta procedunt, † si debitor condemnatus fuit, & statim post condemnationem ad alterius iudicis mandatum dat alteri bona in solutum,

ex hoc enim præsumitur fraus, per quam ad cœf-  
fisionis beneficium non admittitur, vt determina-  
nat Rota in recollectis Bellame. in decis. 261. in

- 5 causa mea. † Et in tantum est verâ prædicta con-  
clusio, quod etiam si talis consumptor ad pin-  
guorem peruerterit fortunam, non habebit be-  
neficium, de quo in libr. 4. & 5. ff. titu. nostro. & in  
lex contractu. C. de bonis author. iudic. pos. sed  
in solidum conuenietur, vt est textus singula. se-  
cundum vnam lectu. gloss. ibi per Bartol. appro-  
batam in d. l. fin. quæ in frau. credi. quam sequi-  
tur Ias. in d. §. fin. colum. 2. in princip. versicul. se-  
cundò ergo limito. Institut. de action. & ideo in-  
carcerari posset, & in carceribus mori, secun-  
dum Paul. de Castr. in d. l. etiam. §. licet. versicul.  
6 quid in alijs. habitoribus. ff. solut. matrim. † Re-  
stringitur tamen prædicta conclusio, si bona con-  
sumpta erant mobilia: secùs, si immobilia. nam  
ex quo immobilia inesse reperiuntur, licet pe-  
nes alium, possunt per creditores actione Pau-  
lianæ reuocari ab his, qui illa possident isto ca-  
su, dicit Paul. de Castr. in d. versicul. quæro quid  
in alijs debitoribus, quod talis consumptor &  
fraudator poterit cedere bonis. allegat Dyn. ita  
tenere in d. §. item si quis in fraudem. idem fir-  
mat & sequitur Alexan. in d. §. eleganter. in §. co-  
lum. versic. vbi hoc limitat. num. 14. quod est val-  
de notandum.

### SVM MARIA.

- 1 Debitor priuilegiatus, qui ex delicto commisso ef-  
fectus est inops, & non habet vnde soluere poscit, re-  
tinet priuilegium quod habet, ne conueniatur ul-  
tra quam facere poscit.

Debi-

**D**ebitor priuilegiatus effectus pauper ex delicto commisso, an retineat eius priuilegium vel cedat bonis?

*Quæstio 29. quartæ quæst. princip.*

**V**igesimononò quæro, t̄ vtrum debitòr priuilegiatus, qui ex maleficio quod commisit, ad tantam deductus est paupertatem, quod debita persoluere non potest, & est de illis qui non exiguntur in plus quam facere possunt, dictū beneficium retineat, vel bonis cedere teneat? Videtur dicendum quod illud nō retineat, quia dignum est quod malè meriti egestate laborent. I. bona fides. ff. de pos. facit text. in l. pen. quæ est ad hoc singul. in fin. ff. de iure. In contrarium videtur, quia illud maleficium contra creditorem agentem non fuit commissum, sed contra tertium. argument. l. Fulcinius. quid sit latitare. ff. ex quibus caus. in posses. ea. Bald. tamen in c. quæ in Ecclesiarum. colum. 3. in princip. versicul. accipio secundam gloss. extra. de constitut. quem refert Ias. in l. quod nomine. versicul. ultra quas. ff. de condit. indeb. decedit, quod dicto priuilegio priuatur ob eius latam culpam vel dolum, qui ad casum ordinatum processit, ideo sibi imputare debet. alleg. tex. in c. Odoardus. extra. de solutio. & l. Titius. ff. de procurat. & l. siue hæreditaria. de nego. & fac. text. in regu. damnum quod quis. & ibi Dyn. de reg. iur. in 6. & per eundem in re peccatum. ad fin. eod. titu. Tu dic quod non solum ob culpam quis nō perdit beneficium quod habet, ne conueniatur ultra quam facere possit, ut est text. in l. verum. §. tempus. pro soc. & tenet Bartol. in l. etiam. ff. licet. versicul. quæro quid de

alijs. ff. solu. matrim. quem sequuntur ibi DD. & reficit & sequitur Ias. in d. l. quod nomiae. d. versicul. ultra quas. Sed nec etiam qui dictum beneficium non habet, cessionis bonorum beneficio priuatur, ut vidimus suprà in 15. quæstion. in fine.

## SUMM ARIA.

- 1 Debitor qui sub spe cessionis bonorum debita contraxit, ad cessionis beneficium non admittitur.
- 2 Venditor sciens super frumento futurum edictū, si illud vendit statim carius, ad restitutionem tenetur.  
Idem de expedente monetas, quæ statim per editum prohiberi debent. ibid.

Debitor sub spe cessionis bonorum contrahens, an possit cedere bonis?

## Quæstio XXX. quartæ quæst. princip.

- 1 Rigesimò quæro, † nunquid debitor qui sub spe cessionis bonorum debita contraxit ad bonorum cessionem admittatur? Respon. quod non, secundum Dyn. in reg. peccatū. in fin. de reg. iur. in 6. sequitur Ang. in l. 4. vers. Item nou gaudet. ff. titu. nost. benè facit quod not. Bartol. in l. 1. §. 1. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. de præfecto vrbis Romæ, multa debita contrahente sub spe, quod ab omnibus eius debit is in aduentu Imperatoris liberetur, & quod no. idem Bart. post Guiliem. de Cun. in l. contra legem. ff. de leg. † de eo qui sciebat super frumentum futurum

rum edictum, & illud incontinenti carius vendit, quod per eius dolum ad restitutionem teneatur, de quo latè scribit Vero. in l. quæritur. §. fin. q. i. nu. ii. cum sequentib. ff. de ædil. edit. Quod idem firmari potest de eo, qui prohibitionem monetarum futuram sciebat, si illas statim expendidit, vel de illis creditori satisfecit, illas recipere tenetur, & bonas aq. expendibiles loco eorum restituere. sequitur Iaf. in §. fin. col. penu. in prin. vers. ii. fallit. Instit. de action. Mod. Bono. in Rub. ff. de fidei. ss. nu. 88. vers. & facit optimè. & Mod. Anchoni. in tract. de mercatura. sub Rub. de spons. in 4. par. ver. & Boeri. in addi. ad Dyn. in d. reg. peccatum. in fi.

## S V M M A R I A.

- 1 Debitor qui tempore contracti debiti sciebat se non esse solvendo, ad bonorum cessionem non admittitur, & quomodo procedat. nu. 4. 6. & 7.
- 2 Tex. in i. pen. ff. de iure dot. quomodo procedat.
- 3 Prodigus si ad emendum emptorem induxit, ex quo ducebat Doctoris se habere consilium, non vale re curatoris dationem, & bonorum interdictionem, emptori non praediudicat, & ob suum dolum non potest cedere bonis.  
Prodigus non excusat in delictis. ibid.
- 4 Deceptis, & non decipientibus, iura subueniunt. Beneficium cessionis bonorum, dicitur esse de iure speciali, id est, contra regulas generales iuris communis
- 6 Debitor si tempore contractæ obligationis pauper erat, nec hodie eius conditionem deteriorauit, bonis cedere potest.

Debitor tempore debiti sciens se non esse  
soluendo, an ad bonorum cessionem  
admittatur.

*Quæstio 31. quartæ quæst princip.*

1. **T**rigesimo primò quæro, t̄ an debitor qui tē  
pore contracti debiti pauper erat, & scie-  
bat se non esse soluendo, ad refugium ces-  
sionis bonorum admittatur? Respon. quod non, t̄  
tex. est multum no. in l. pe. i. p. f. ff. de iure dot. per  
quem tex. ita no. decidit Bart. in l. alia. §. elegan-  
ter. in ff. sol. mat. cum quo transit ibi Ang. & com-  
muniter DD. excepto Raph. Cu. qui afferit ca-  
sum in d. l. pen. non probare hanc generalem do-  
ctrinam Bart. quoniam ibi priuilegiū perditur,  
quod iure speciali introductum est, non autem  
de beneficio iure communi indulto loquitur, vñ  
de nimirum facilius perditur, quod de iure spe-  
ciali cōceditur. arg. l. eius militis. §. militia mis-  
sus. ff. de test. mili. Non recedas tamen ab opin.  
Bart. cum quo etiam transit Ang. in l. 4. ff. tit. nost.  
no. Bal. in §. f. in f. Inst. de act. per tex. in d. l. pen.  
Card. & Imo. in c. lator. colum. 5. in princ. versic.  
secundus est. sub num. 19. extra. de pigno. & in c.  
Odoardus. de solution. & nouissimè Ioan. Bapt.  
Plot. in repet. leg. si quando. nume. 179. versicul.  
sic & contrahens. Cod. vnde vi. Quod dictum  
Bartol confirma. per id quod voluit Paul. de Ca-  
str. in leg. etiam. §. licet. ad fin. versicu. Item quid  
si non disputauit. ff. solut. matrim. dicens text. in  
d. l. penul. intelligi debere, quando debitor asse-  
rendo se idoneas habere facultates, creditorem  
ad secum contrahendum dolo induxit, ita sonat  
ille text. in ratione sui secūdum ipsum. Pro quo  
faciunt,

faciunt, quæ in not. quæst. ad propositum dixit  
 idem Paul. de Castr. consil. 248. visis & pondera-  
 tis omnibus, colum. 2. circa medium, versic. plus  
 dicitur, quod quum Thadæus, volum. 2. in nouis.  
 quem refert & sequitur Aymo conf. 192. casus ita  
 habet, colum. 6. ver. alibi scribit Paul. de Castr. vo-  
 lum. 1. ¶ quod si prodigus emptori dixit, ne eme-  
 re dubites, quia consilium Doctoris habeo, qui  
 consuluit curatoris dationem ac honorū inter-  
 dictionem tanquam prodigo factam, non vale-  
 re, & ipse emptor suasione & dolo ipsius fuit ad  
 credendum inductus, ipsum venditorem alien-  
 andi potestatem habere, etiam si verè nō habe-  
 bat, non debet sibi emptori imputari posse, cur  
 illi crediderit, quia doloversatus est, immò sub-  
 ueniri debet, ¶ quum deceptis, & non decipienc-  
 tibus, iura subueniant. l. 2. §. verba. ff. ad Velleia.  
 & l. si decipiendi, cum similib. C. eod. & propte-  
 re à prodigus hoc casu in solidū ab emptore con-  
 uenietur ad rem venditam, & ideo tam per ea,  
 quæ diximus suprà in 12. quæst. quam etiam qb  
 eiusdolum, non potest cedere bonis, vt not. glo.  
 fin. in l. fin. ff. quæ in fraud. & per Veron. consil. 9.  
 quidam ex delicto. vbi concludit, quod quando  
 quis ratione doli conuenitur, non potest cede-  
 re bonis, quum etiam prodigus non excusat in  
 delictis, vt per Bart. & scribentes in l. is cui bo-  
 nis, de verb. oblig. cum concord. de quibus per  
 Moder. R. heg. in repetit. l. obseruare. super verb.  
 circa quartum, num. 21. versi. autem prodigus  
 excusat. fol. 100. C. quorum appell. non recip.  
 vbi etiam sub nu. 25. in dicunt, quod dormiens si  
 eius vitium sciebat. & dolosè dormierit, vt ho-  
 micidium committeret, non excusat: ita ergo  
 in casu nostro, quum dolosè emptorem ad rem

emendam induxit, ut suprà, cessionis beneficium perdit, & cum Barto. tenet Ias. in l. si ab arbitro, colum. 2. versic. limita quatuor notabilib. modis. ff. qui satisda. cog. & Boér. in decis. 349. quæritur, an ciuiliter, colum. 9. versic. & pro decisione quæst. nostræ. Si verò dolus non interuenisset, tunc videretur creditor secum contrahendo, eum voluit idoneum approbasse, argum. l. 3 ff. de fideiuss. & l. qui cum alio ff. de regu. iur. Ratio igitur illius tex. in d. l. pen. non fuit specialitas, sed debitoris dolus, vt etiam satis suprà dictum est in 22. quæst. super materiam d. l. penult. quæ vult, socerum viri dotis debitorē, per eius dolū beneficio quod habet a lege, priuari, quia generum creditorem insidiari voluit. † Non obstat Rapha. ratio, quia etiam beneficium cessionis bonorum, dicitur esse de iure speciali, id est, contra generales iuris communis regulas, quæ habent, quod ius creditor i acquisitum (puta de conueniendo debitorem insolidum) sine facto suo à se auferri non debet. l. id quod nostrum ff. de reg. iur. Nec obstat, si diceretur, † quod debitor tempore contractæ obligationis pauper esset, & hodie eius conditionem non deteriorauerit, bonis cedere potest, ex quo imputari creditor debet, qui cum eo sic paupere contraxit. l. is à quo, in fn. cum l. seq. ff. vt in poss. lega. & l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infect. † Quia istud procedit, si à principio nullus interuenit dolus: secùs, si debitor in ducendo creditorem ad secum contrahendum, dolum commisit, vt dictum est supr. vel nisi creditor iustum credendi causam, ipsum esse sufficientem, habuisset, ex quo diues reputabatur, & de nouo post contractam obligationem ad eius peruenit notitiam, ipsum nō esse: isto

se: isto casu excusandus est creditor: nec ipsi imputari debet, argum. in confirmando. ff de confirmata tutor. & c. pastoralis, extr. de except. & ita tenet Paul. de Castr. in l. in omnibus. ff. de iud. & in d.l. etiam. §. licet, in fi. ff. sol. matrim. quem sequitur Feli. in c. significauerunt, col. fi. in princ. vers. limita. nisi tempore contractus, num. s. t. extra, de iud. ideo debitor per eius dolum & fraudem in contrahendo commissam, ad cessionis beneficium admitti non debet, d.l fin. in fin. & ibi gloss. quæ in fraud. credi. & d.l. pen. de iure dot. & Veronen. d. confil. 9.

## SUMMARYM.

*Spoliator ad cessionis beneficium admittitur, etiam quod spoliatus non fuerit integrè restitutus ad fructus, in quibus spoliator fuerat condemnatus, nisi per ipsum dolum, fraudem, & cum iniustione spoliauerit.*

Spoliator condemnatus ad fructus, ante illorum restitutionem boni, cedere valeat?

*Quæst. XXXII. quartæ quæst princip.*

**T**rigesimo secundò quæro, tan spoliator volens cedere bonis. audiendus sit antequām spoliatus integrè restitutus fuerit ad fructus, in quibus spoliator condemnatus fuit? Videbatur dicendum, quod non, argum. text. in c. alma mater. §. illis, in fin. de senten. excom. in 6. vbi si quis delictum commisit, propter quod latra fuit interdicti sententia, nisi prius de ipso delicto satisficerit, aut cautionē prestiterit, nō debet

bet ei aliquatenus pœnitentiæ beneficium concedi, fac. text. in l. eod. & ibi Bartol. ff. tit. nostro, & quod not. Imo. Abb. & alij in c. Odoardus, extrà, de solut. & Dd. in l. i. C. tit. nostr. & vidimus suprà in 2. quæst. princip. quòd non audiatur debitor, nisi prius debitum confessus fuerit, vel fuerit condemnatus. Contrarium tamen decidunt Domini de Rota, in decis. 554. vtrùm spoliator, in Antiquis, per not. per Aretin. in c. quia sàpè, in fin. de elect. in 6. & in c quanquam, vers. sed nunquid, de usur. eod. lib. & per Specul. in §. 1. colum. 4. versic. sed quum spoliatus, in titul. de peti. & poss. Limitatur tamen, nisi per dolum, fraudem, & cum iniuasione spoliauerit : quia tunc ad cessionis refugium non admittitur, vt reperitur decis. Capell. Tholos. 466. item fuit quæsitum, quinam monachus. & ita tenuit prius Rota in decisio. 83. nota, quòd vbi monachus. in Antiquis.

## SUMMARIA.

1. *Colonus partarius si non habet vnde debita cum domino contracta soluere valeat, beneficio gaudet, ne exigatur vlrà quam facere possit, nisi in instrumento obligationis iurauerit domino satisfacere, & nisi dolosè contraxarit, & animo opponendi dictum beneficium tempore solutionis.* & num. 2.

*Colonus partarius equiparatur socio, eod.*

3. *Beneficium, ne quis exigatur nisi in id quod facere potest, deducto, ne egeat, operatur, vt ipse necesse non habet cedere bonis.*

Colonus

**Colonus partiarius, an cedat  
bonis?**

**Quæstio XXXIIII. quartæ quæst.  
principal.**

**T**rigesimotertiò quæro, tñ nunquid colonus  
partiarius, si debita cum domino contra-  
xerit, & tempore solutionis non habeat  
vnde soluere valeat, cessionis bonorum benefi-  
cio gaudeat, vel beneficio, ne exigatur vlt̄rā quā  
facere potest? Respond. quòd quum ipse socio  
æquiparetur, beneficio gaudet, ne conueniatur,  
nisi in quantum facerē potest, sicut alij socij, vt  
in l. verum, in princip. ff. pro soc. & in l. sunt qui  
in id. ff. de re iudic. quod tenet expressè Fulgo. in  
l. si merces. §. vis maior. ff. locat. quem sequitur  
**Angel.** de Peru. in tract. de pale. & oliuis, colum.  
3. versi. ad tertium autem respondeo. ibi, ex qui-  
bus etiam tertia differentia, de qua mentionem  
facit Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratrib.  
in II. quæst. 9 sub num. 10. versic. ex quibus etiam  
tertia differentia colligi potest. Quod intellige  
verum, nisi colonus ipse in instrumento obliga-  
tionis iurauerit domino satisfacere. tñ nám rati-  
one iuramenti, illo beneficio non gaudet, & il-  
lud opponere non poterit, iuxta ea quæ tradit  
**Curia Tholos.** quæst. 258. item fuit quæsitum, so-  
cer & socrus. Nec etiam ad bonorum cessionem  
propter perjurium admittetur, ex eo quòd in-  
fra terminum debita non soluit, vt dixi suprà  
in 3. quæst. princip. sub num. 17. Limita etiam, ni-  
si debita dolosè contraxerit, & animo ac inten-  
tione dictum beneficium opponendi tempore  
quæ solutionis venerit dies, vt dictum est suprà  
in 30.

**3** in 30.31. quæst. † Aduerteretamen, quòd hoc beneficium, ne quis teneatur vltra quam facere possit, operatur, ne habeat debitor necesse cedere bonis: nam quum non teneatur in plus quam facere possit, habita ratione ne egeat, iuxta l. in condemnatione. ff. de reg. iur. cum simili. cogi nō potest cedere bonis, ergo pro tali debito carcerari non potest, & consequenter nō cedit bonis, ita tenet Aretin. in §. sed & si quis, in princip. Insti. de act. alioquin si in carceribus detineri possit, bonis cedere cogeretur, iuxta tex. in l. C. titu. nostr. & hoc vtitur argumen. Bald. in l. liber captus, in fin. C. de postlim. reuersi.

## SUMMARIUM.

**1** *Debitor offerens rem meliorem quam habeat, in solutum, carceres euitat, & non cogitur cedere bonis, nisi in instrumento obligationis iurauerit in pecunia soluere.*

Debitor offerens rem meliorem quam  
habeat, in solutum, an ce-  
dat bonis?

*Quæstio XXXIIII. quartæ quæst.  
princip.*

**1** **T**rigesimoquarto quæro, † quid si debitor nolens cedere bonis, creditori rem offert meliorem quam habeat, in solutum, an ex hoc carceres euitare valeat? Respond. quod sic, secundum tmol. in l. filiofami. la 2. in 2. colum. in princ. sub num. 7. ff. solut. mat. sequitur Firma. in suo repertorio, in verb. debitor pauper, num. 8. Quod tamen intellige verum, nisi debitor in pecunia

cunia soluere iurauerit. nam eo carcerari poterit, & rei meliorem offerendo, non liberabitur, vt consuluit Gozad. consil. 27. in causa conduceditorum, colum. penult. in fin. num. 18. sub versi. non obstat. ad leg. in contrarium. & consil. 32. Dominus labia mea aperiet, colum. i. ad fin. versic. secundò ergò moueor, num. 19.

## S V M M A R I V M.

**I** Creditores scientes debitorem bonis cedere velle, si iuri incarcerandi renunciant, debitor ad cessionis refugium non admittitur.

Renuncians expreßè iuri incarcerandi, tacitè renunciat iuri debitorem in solidum conuenienti.

Taciti & expreſsi idem est iudicium. eod.

Creditor si iuri incarcerandi renunciat, an debitor bonis cedere poslit?

## Quæſtio XX XV. quartæ quæſt. princ.

**T**rigesimoquinto quæro, † quid si debitor bonis cedere volens, creditores hoc scientes renunciant iuri, quod habent ipsum carcerari faciendi, vtrum ex hoc bonis cedere valeat? Respond. Bald. in l. i. colum. pen. in prin. ver. quæro, si creditores. C. tit. noſt. quod ad cessionis beneficiū non admittitur, quia cessionis ratione beneficij, cessaſat beneficiū. l. fi. ff. de diuort. c. cū ceſſante, cū vulg. extr. de app. ſed ratio ceſſationis beneficij huius eſt, ne primò in carcerem detrudatur; vt d. l. i. ergò & c. & ſecundū eum creditoribus proderit, quia tenebitur eis, quod die tim lucrabitur, ſoluere, non attēto, ne egeat. quod dictum

ctum sequitur Vital. in tracta. clausul. in Rubri.  
an possit renuncia. benefic. cess. bonor. colum. 2.  
princip. vers. & si creditores renunciant, colum.  
2. ante medium, versi. si creditores renunciant iu-  
ri. Salic. verò in d. l. i. colum. penult. vers. quæro  
octauò. afferit hanc esse cautani pro creditorib-  
ur prouisione, si vera esset: dubitat tamen, quia  
non sufficit, quod simpliciter iuri debitoré car-  
cerandi renuncient, sed secundùm eum requi-  
ritur, quod etiam iuri eum in solidum conueni-  
endi renuncient, ei dando facultatem, ut dedu-  
cat, ne egeat, alioquin cedere poterit. ego autem  
Bal. opinionem amplectendam censeo. nam li-  
cet iuri incarcerandi renunciante creditore, iu-  
ri ipsum debitorem in solidum conueniendi ex-  
pressè non renuncient, tacitè tamen renunciasse  
videntur, & hæc tacita renunciatio operatur, ac  
si expressè renunciatum fuisset, quum taciti &  
expressi idem sit iudicium. l. cùm quid, cum vul-  
ga. ff. si cert. pet. Clarum est enim, quod si nolunt,  
eum in carceribus detineri, nolunt etiam eum  
in solidum conueniri, quia si in solidum conue-  
niretur, & posteà carcerari non posset, frustra-  
toria esset talis in solidum conuentio: si ergò in  
solidum conueniendo carcerari non posset, er-  
gò in id quod facere poterit, excutietur: ergò  
iuri incarcerandi renunciando, dicitur etiam  
renunciatum esse, ut in solidum conueniri non  
possit.

## SUMMARIUM.

- 1 *Debitor bonis cedere volens, tenetur omnia bona, quæ habet indicare. & num. 3.*
- Mercatores falliti & fugitiui torqueri possunt, ut pecu-*

*ut pecunias sibi ad mercandum traditas indicent.*  
*cod.*

**2** Debitor quirem aliquam scienter occultat, eam non indicando, cessionis beneficium perdit.

Debitor rem aliquam occultans, quum neganti sit similis, in duplum eius quod occultauerit, puniri debet. *ibid*

**3** Frustrà legis auxilium inuocat, qui in legem committit.

**4** Negans primò aliquid, si posteà confitetur, premium non consequitur per eius mendacium, nisi negatio ante litem contestatam renocata fuerit: secùs, si post litem contestatam.

Megatio ante litis contestationem reuocari potest.  
*cod.*

**5** Clausula, sola facti veritate inspecta, quid operetur.

**6** Vxor mortuo eius viro, bona mobilia hæredibus marii indicare tenetur: alioquin si reperireetur, presumitur vxorem illa surripuisse, & contra eam agi posset.

**6** Vasallus nnnia bona quæ in feudum recipit, domino indicare tenetur, si de feudo inuestiri velit.

Debitor bonis cedere volens, an bona omnia indicare tenetur?

### Questio V. principal.

**Q**VINTÒ principaliter quæro, f an debitor volens cedere bonis, teneatur omnia bona, quæ habuit, indicare: si rem aliquam M frau-

fraudauit; cessionis beneficium perdat? Dic quod si vult ad cessionis refugium admitti, bona omnia iudicis officio indicare tenetur, glossa est nos in l. penul. & ibi Bart. & Angel. no. ff. tit. nostr. gl. & Cyn. in l. i. in 7. quæst. & ibi Bald. in 2. colum. in princ. vers. quærit glossa an iste Salice. ibi in 2. col. nu. 5. i. vers. redeo ad quæst. & Pau. de Cast. c. eqd. Idem Bal. in §. fin. vers. sed nunquid cedens, Inst. de act. Alber. de Rosa. in Rubr. C. titu. nostr. col. 2. ante fi. vers. item quærit, an cedens. ubi allegat tex. in l. præsenti. §. sicubi. C. qui ad Ecclesi confug. & in l. fin. §. licentia. C. de iure delibe. sequitur Ias. in d. §. fin. colum. 2. vers. at autem qui cedit, num. 8. & idem per illam glo. in d. l. pen. dixit Paris de Put. in tract. syndic. in §. pone quod commissa est executio, ante fin. quod officialis executor poterit debitori dicere, bona in quibus executio fieri possit, exhibeas: alioquin in personatua, te carcerando, executionem faciam; & ita refert pluries executoribus consuluisse; & ibi subiungit, quod alias per illam glo. dixit, quod cedens bonis, qui bonorum occupatione suspectus est, a iudice torqueri posset, ut bona exhibeat, prout etiam de mercatore fallito & fugitiuo dicitur, qui torqueri potest, ut pecunias ad mercandum sibi traditas indicet, quas habere nunc denegat, & eas asserit perdidisse, ut referunt Modern. Anchoni. in tract. de mercatura, sub Rubr. de decoctori. num. 2. & Modern. Hegi. in sua tract. crimin. super repet. l. obseruare, in princ. sub num. 179. vers. circa secundum, in quibus casib. ibi. quod mercatores falliti. C. quorum app. non recip. & Moder. Bonon. in sua tract. crim. in §. expedita, num. 67. Si ergo non iudicauit, priuatur secundum omnes illo beneficio, ex quo sequitur,

quitur, quod si rem aliquam scienter occultat,  
quum neganti familiis sit occultans. I. hæreditatum. §. fi. & ibi Pau. de Cast. & Alex. ff. ad le. Falc.  
in duplū eius quod occultauerit, ipuni i debet,  
arg. I. fi. §. illo videlicet. C. de iu. deli. Bal. in d. I. n.  
col. 2. in princ. vers. quæro quid si cedens, juncto  
vers. quærit gloss. an iste. Sali. ibid. in 2. col. vers.  
redeo ad quæst. & sequitur Aret. in d. §. fin. col. 1.  
post princ. & col. pen. vers. quæro, aliquis cessit,  
num. 8. Quod comprobari potest per ea, quæ no.  
Dd. in I. sed hoc ita. § quod autem. ff. de re iud. &  
per tex. in I. sed & si ex part. §. interdū. & I. euni  
qui. ff. quod cum eo. & per Bart. in I. etiā. §. licet.  
vbi Alex. col. 2. vers. successuè querit. ff. sol. mat;  
de eo, qui negavit quod est causa sui beneficij, vē  
vidimus sup. in 2e. q. in 9. casu. num. 12. & in 24. q.  
num. 3. Nam quum iste omnia bona indicare te-  
neatur, & vti cessionis beneficio valeat, si posteà  
reperitur, quod nō omnia indicauit, ex hoc men-  
dacio cessionis beneficio priuatur. † frustrà e-  
nim legis auxilium inuocat, qui in legem com-  
mittit. c. qui frustrà, extrà, deviatur. & I. auxilium,  
in fine. ff. de minor. & proptereà dixit Bald. in I.  
eum qui. ff. de iure iur. † quod si quispiam primò  
negavit, posteà confessus est, præmium non con-  
sequitur, quia per eius mendacium videtur indi-  
gnus, argumen. c. i. extrà, vt ecclesia sibi benefi. & I.  
fidei commissa. §. si quis decem. de legat. 3. Solùm  
enim potest in sui odium & præiudicium conser-  
teri, noti autem ad præmium consequendum, vē  
ibi per eum, quem latè prosequitur ibi Alexan:  
prædicta tamen intellige, nisi talis negatio ante  
litis contestationem reuocata fuérit. nam tunc  
talis negatio reuocari posset, secundùm Bald. &  
Alex. vbi suprà per eundem. Alex. in d. I. hæredi-

tatum. §. fina. & per Bald. in l. quidam estimauerunt, in vltim. colum. ver. sed quid si in prima. ff. si tertum peta. & isto casu cessionis beneficium consequi posset: secus, si post litem contestatam reuocata fuisset: nam tunc sibi non prodeßet, vt concludit Alexan. in d.l.eum qui, colum. 2. in fi.

**S** versic. puto veriorem. † Quid autem, si fuit inserta clausula, sola facti veritate inspecta, in pre cibus debitoris & in rescripto, in quibus dicitur, quòd constituto sibi summariè, & sola facti veritate inspecta, oratorē ad alterū de duobus beneficijs admittit, an dictam negationem reuocare, seu bonorum occultationem propalare poterit? videbatur dicendum, quòd non: quia clausula illa operari non debet, vt mendax beneficium consequatur, vnde videretur, quòd clausula illa materiam & ansam delinquendi præstaret, & sic ex suo delicto præmium reportaret, cōtra l. nō fraudatur. §. nemo ex suo delicto. & ibi pulchrè per Cagnol. ff. de regul. iur. Tu dic, quòd siue ante, siue post litis cōtestationem dictam negationem reuocauerit, & bona omnia propalauerit, cessionis beneficio priuari non debet, quū in causa, in qua, sola facti veritate inspecta, proceditur. non attendantur ea, quæ sunt de ordine & de apicibus iuris, vt voluit Rom. in singu. 767. quid important. Modern. Fanen. in tract. pign. in t. membr. 8. par. num. 28. ver. 10. fallit reg. & num. 31. versic. ego putarem. & pulchrè per Grammat. in decis. 19. lata sententia. & in decis. 62. in causa magnificorum, colum. fi. num. 31. cum seq. Immò in tali causa iudex iudicare debet, secundū quod Deus iudicaturus esset, vt ibi per eum. & ex predictis infertur, † quòd vxor mortuo eius viro bona mobilia hæredibus mariti indicare tenetur. l.

2. C. quand. & quibus quarta pars debe. lib. 10. Petr. Iac. in sua pract. sub tit. nostr. colum. 2. in princip. sub vers. quintò est notandum. & tenet Bal. in l. ordo, colum. 2. in fi. vers. quæro, vtrum vxor. C. de execut. rei iudic. Quod facit ad statutū nostrum Ariminense, sub Rubri. de Inuentario faciendo per vxorem de bonis defuncti. Vbi disponitur, quod vxor teneatur, mortuo eius viro, infra quinque dies in scriptis regillrari facere per Notarium publicum omnia bona mobilia, quæ in domo mariti reperiuntur, ita quod hæredes, & defuncti creditores copiā dictæ scripturaræ habere possint, & vxori cōtra faciēti vel fraudem committenti pœnam irrogat. Vnde stantibus prædictis vxor nedum inuentarium confidere tenetur, verum etiam bona indicare: quia si ipsa inuentarium conficit, de illis bonis est certa, ideo tenetur illa hæredibus assignare: alioquin præsumetur, si omnia bona non reperientur, vxorem illa surripuisse, & sic cōtra eam agi posse rei vendicatione, aut hæreditatis petitione, nō autem rerum amotarum actione, vt est text. & ibi gl. fi. in l. contra nurū, §. fi. ff. rerum amot. & prædicta locum habent etiam ipso vasallo, t qui si de suo recto feudo se inuestiri petit, bona quæ in feudum accepit, domino indicare tenetur. Ang. in l. pen. ff. tit. nost. & Petr. Iac. in sua pract. in d. versi. quartò est notandum. Quod tamen non procederet in receptante in domo sua mercatorem fallitum fugientem, vt vidimus supra in s. quæst. 4. q. princ. in fl. num. 6.

## SUMMARI.

**Cefio bonorum qualiter fieri debeat.**

*Setem-*

*Solennitas aliqua non requiritur in cessione bonorum. eod.*

2. *Amici sani quomodo & qualiter cedant bonis.*  
*Cessio bonorum coram testibus fieri potest. eod.*
3. *Cedens bonis sine aliqua solennitate, non efficitur infamis.*
4. *Cedens bonis vituperosè, efficitur infamis infamia facti, non autem infamia iuris.*
5. *Cessio bonorum ex consuetudine & dispositione statuaria, sit in aliquibus locis modo vituperabilis.*  
*Roma, Papiae, & alibi qualiter debitor cedat bonis. eod.*
6. *Statuta & consuetudines super cessione vituperosa, an valeant.*
7. *Princeps rescribēs, quod carceratus facta bonorum cessione relaxetur, dicitur illa ignominiosè remittere, quæ ex municipalī dispositione seruantur.*
8. *Creditores debitöribus carceratis alimēta præstare debent, alioquin per iudices relaxantur.*
9. *Cautela pro creditore antequam debitor dilationem quinquennalem petat, vel cedat bonis.*

*Cessio bonorum quomodo & qualiter fieri debeat?*

*Questio V I. princip.*

1. **S**extò principaliter quero, t̄ quomodo & qualiter cessio fieri debeat? Resp. quod simplici verb. fieri potest, per nuncium, & per epist. & notitiatum in iudicio, sed extra iudic. agnoscendo prius debitū, & præsente, & absente aduersario. Azo

Azo in Summa, tit. nostr. Alb. de Ros. in Rubr. C.  
 eod. colum. 2. vers. item quæritur, qualiter debe-  
 at fieri cessio, nec aliqua in hac cessione facien-  
 da, desideratur solennitas, sicut Amaltesani fa-  
 ciunt, † (vbi hodie milites Hierosolymitani mo-  
 rantur) qui liteamen & peccaten habent, & eorum  
 caput in terram sedendo peccinant, dicentes, Ce-  
 do bonis. ut refert Roffred, in tract. libel. in Ru-  
 bri. de offi. iudi. quo cura datur bon. colum. 3. in  
 princ. vers. item non desideratur. de hoc est tex.  
 in l. in omni. C. tit. nost. & in l. fi. vbi Bart. ff. eod.  
 & etiam coram testibus fieri potest, secundum  
 Pet. Iac. in sua practica, tit. nost. colum. i. in prin.  
 i. vers. secundò est notandum. & sola voluntatis  
 professio sufficit, dummodò debitum sit certum  
 vel per confessionem, vel per sententiā, ut l. pen.  
 ff. eod. † & hoc modo talis cedens, infamis nō ef-  
 ficitur. l. i. & l. fin. & ibi gl. in verb. æstimatione,  
 C. eod. & l. debitores. C. de infamib. † immò eti-  
 am, si vituperose cederet, non efficeretur infamis,  
 Petrus Iac in d. tit. i. colum. i. in 3. not. in fi. &  
 Guid. Pap. conf. 124. circa materiam, col. fi. versi.  
 non est tamen ipse Guaspardus. Intellige tamen  
 hoc esse verum in infamia iuris, secūs infamia fa-  
 cti, ut per Alber. in d. l. debitores. & in d. Rubr. in  
 fin. † Scias tamen, quòd in multis partibus ex co-  
 suetudine vel statuti dispositione fit modò vitu-  
 perabilis cessio, secundum Bar. in l. fi. ff. tit. nost.  
 vbi refert Cy. dicentem, quòd Accurs. dum hanc  
 materiam legeret, cedendi modum in charta o-  
 stendebat. vnde dixit Angel. in d. l. fina. quòd in  
 partibus Italiæ inoleuit consuetudo, quòd ce-  
 dens bonis, in publico & notorio loco vadat nu-  
 dus, ut posteriora ter ad lapidem vel columnam  
 percutiat, clamando, Cedō bonis, de qua cōsuetu-

ne & obseruantia meminit etiam Bald.conf.30r.  
 ad euidentiam, volum. 5. Romæ enim bonis cedere volens, Leonem marmoreum in scalis Capitolijs ascendit, & ibi nates percutiens dicit, Cedo bonis. Cyn.in d.l.i.C.tit.nostr. & Alber.in d. versic.item queritur, qualiter debeat fieri cesso. Papiæ similiter lapidem cum natibus percutit, dicendo, Cedo bonis. Alibi fit, campana pulsata, & cum tubis ducitur cedere volens ad cedendum super lapidem depositis sarrabus, dicens, Cedo bonis, vt refert Salic.in d.l.in omni. Laudis etiam non sine infamia & vituperio cedens, cum ano nudo ter lapidem percutit, dices, Cedo bonis, vt attestatur Ostien.in Summa, tit. nostr.post princip.versi. vt autem Laudis. Alibi introductum est, vt cedens bonis, bassatis brachijs in curia ter de ano in quadam regula percutiat dicens qualibet vice, Cedo bonis. & apud Auinionem, dimissis brachis, in Peyerono Curiæ scinditur sibi cumbar. & inquit, Cedo bonis, vt refert Petr.Iac.in d.3.not. Arimini etiam patriæ mœx extat statutum, sub Rubr.de debitoribus, ne currant faciliter ad beneficium cessi. alijs sub Rubr.de cess.bon.facta per debitores. ubi disponitur, quod recognito debito coram iudice, & indicatis omnibus bonis, cum iuramento afferens se velle bonis suis cedere, exui debet usque ad interulam, & sic expoliatus, cum sono tubæ ante ipsum iudicem ducitur ad lapide magnificum prope palatium, & ibi super lapidem ter ponat se ad sedendum cum ano nudo, dicens ter, Cedo bonis. Sed queri potest, an hæc statuta & consuetudines valeant? Cyn.in d.l.i.q.5. C.tit.nostr. quem refert Bald.in l.fin.post prin. eod. t tit. tenet, tale statutum & consuetudines non

non valere, quia sunt contra bonos mores, & contra l.fin.ff. eod. & d.l.in omni. & quia res est turpis & mali exempli, & oculi videntium infestatur, vt l.cum supra virentes. C.de re mill.libr.12. Idem etiam tenet Alberic.in d.versic. Item quæritur, qualiter debeat fieri cesso. & in prima parte statutorum. quæst.38. incipien. Item quæritur, an valeat statutum, vbi decidit non valeret statutum Patauinum, quòd quis non possit cedere bonis, nisi cum solennitate inhonesta cedat, quia turpis est eius effectus, & contra bono mores. Immò, inquit Bald.d.consilio. 391. sub numer. 1. quod talis obseruantia in se foeda est, & creditoribus nihil utilitatis accrescit, & contra d.statutu sic disponentia arguit Salic.in d.l.in omni. dicens ea esse contra l.illam, quę vult cessionem si ne aliqua solennitate valere, & quòd sola ac nulla voluntate cedi potest. idem firmat ibi Paul. de Castr.& tenet Aret.etiam in §.fin.col.3.in fin. vers. Quæro quomodo.num.6.Instit.de actio. & cum hac opin.transit ibi Ias.in vlti col.versicu. Nunquid ergo. vbi allegat Cardin.& Imol. in c. Odoardus,in vlt.col.in fin.ver. Adde quod de iure communi.extra. de solution.& inquit Guid. Pa.d.cons.124.in vlt.col.vers. quæ tamen consuetudo. nu.9. quòd quū consuetudo & statutum sit contra bonos mores, non sunt seruanda. si ergo contra bonos mores non essent, & in se foēdum non haberent, vt putà si induceret eos qui bonis cesserunt, debere cum vestibus seu biretto crocei coloris sub grauissimis pœnis incedere, vt extat statuta Lucæ sub banno vitæ: arbitror illa valere, vt alijs sint exemplo quamuis etiam Pe.Iac.in d.3.no. quę refert Guid.Pap.in d.vers. quæ tamē consuetudo.dicat, quod prædicta statuta & con-

Suetudines sunt laudanda, ex quo hodie hominū malitia excreuit, quorū multi pecunias mutuo accipiunt, qui satis bibunt, & parum comedunt, in suis negotijs vigilantes, & postea quum ab eo, sum creditorib. requiruntur, ipsi absconsis bonis, quæ sibi supersunt, vel maiori parte, non verecundantes bonorum cessionem facere, bonis suis cedunt: & ideo ne faciliores & ad cessionis refugium promptiores essent, sed potius alijs sic inhiabitibus essent exemplo: concludit, quod tales prædicta pati personaliter deberent, nec obstatutum seu consuetudinem legitimè præscriptam audiri deberent. & hæc opinio multum mihi placet ad fraudes debitorum reprimendas, & ad obuiandū creditorum præjudicio. † An autem eo ipso quod Princeps rescribit, quod carcerat facta bonorum cessione relaxaretur, videatur illa ignominiosa remissio, quæ in loco debitoris ex municipali dispositione seruantur? Bal. in d. conf. 30. tenet, quod sic, cum quo trāseunt quidā in Apostil. ad Bar. in l. alia eleganter. ff. sol. matr. Sed hæc decif. Bal. cōfudi videtur per ea quæ ipsam tradit in l. si quando. in princ. vers. Sed hic quæro. C. de inoffic. testa. & l. i. vers. Sed pone. C. Si propter publi. pēnit. nī dicatur, quod aliās statutum inducens turpem cedendi modū non vallet, vt dictū est sup. in vers. Sed quæri potest. Deberet tamen per Principem aliqua super hoc fieri noui prouisio, quæ tam cedere volētibus, quā eorum creditoribus prodeesse posset, maximè in partibus nostris, quia quam plures (vt sunt rustici nostri temporis) qui eorum industria & labore eorum debita possent absque cessione & dilatazione quinquennali soluere, tanquam animosē ad brauium currentes, in futurum à creditoribus

bus putantes se nunquam vexari , prout multis  
 contigisse vidi, ad Principem confugiunt , sup-  
 plicantes ad alterutrum de dictis beneficijs ad-  
 mitti , & rescripto obtento , citatisque credito-  
 ribus ex iudicis benignitate in contumaciam  
 creditorum ad quinquennalem dilationem ad-  
 mittuntur, ob quam dilationem , potius si que ha-  
 bent, dissipant, quam acquirant , & parta tuean-  
 tur, & exultant , sine fine dicentes. Si elapsa ter-  
 mino no[n] habebimus unde soluere valeamus , &  
 in carceres detrudemur, creditores nobis alime-  
 ta praestabunt , talioquin index nos relaxabit,  
 iuxta tex. in l. sanctum. cum ibi not. per Barto. &  
 Alexan. ff. de rerum diuis. Guid. Pap. in parlame-  
 to Delphi. in deci. 22. debitor non potest. versic.  
 Sed quid si debitor per glof. sing. in l. fi. C. de cro-  
 ga. mili. anno. lib. 12. Areti. in d. §. fin. in finalibus  
 verbis. Inst. de act. Anto. Cors. in sing. inci. Credi-  
 tor. sub verbo, expensa. quem sequitur Feli. in c.  
 1. col. fin. in prin. nu. 1. extr. de libel. oblat. & Boe-  
 ri. in decis. 303. Clericus captus. in 2. col. in prin.  
 sub nume. 2. idem firmat Aufre. in addi. ad Capel.  
 Tolosa. quæst. c. Item fuit quæstum, si positioes.  
 ante fin. versic. Ad præmissa bene facit. & in repe-  
 ti. cle. 1. de offic. ordin. in 3. reg. fallen. sub rub. de  
 potest. secul. super eccles. perso. num. 17. vers. Ex-  
 pensis vero victus. & ita tenet Iaf. in l. si victum.  
 col. 1. vers. alibi habes gl. ff. de re iud. & in §. item  
 si quis in fraudem. col. 9. num. 113. Insti. de acti. &  
 hoc quotidie seruatur in Palatijs, nisi ex eleemo-  
 synis viuere tales carcerati possent . l. iudices.  
 C. de episcop. audi. Paris de Put. in tractat. synd.  
 §. c. an carcerarius teneatur alimentari. Boeri.  
 in d. decisio. 303. subdicto. num. 2. & Aufi. in dicto  
 vers.

188      **TRACT. MATTH. BRVN**  
vers, Ad præmissa bene facit. & d. vers, Expenſa  
vero victus. † Cautela tamen erit pro creditore,  
quod debitor antequam dilationem petat quin-  
quennalem, vel se ad bonorum cessionem præpa-  
ret, coram iudice instet, debitorem ad operas fi-  
bi præstandas cogi, & ei seruire, donec ei satisfe-  
cerit, quod per iudicē fieri potest, gl. Bar. & Ang.  
in l. pro hæred. §. si quid tamen. ff. de acqui, hæred.  
eradit Bal. in l. fin. C. de postl. reuer. & in l. i. col.  
si. post. prin. C. tit. nostro. sequitur Firm. in suo 1e  
pertorio. in verbo, debitor. paup. nu. 18. quod a-  
lias Romæ per Reuer. Dominos Carcerum visi-  
tatores obseruari vidimus, dum ibi pro causarū  
criminalium Locum tenente Capitolij sub gene-  
roso equite ac Iurisconsulto Domino Francisc.  
Gualdo Ariminien. Senatore dignissimo residerē  
Sub Paulo 3. Pont. anno salutis. 1537.

### S V M M A R I A.

- 1 Debitor qui bonus ceſſit, cautionem de ſoluendo pre-  
ſtare non cogitur, ſi ad pinguorem fortunam per-  
uenerit ſi fideiūſſorem inuenire non potest: ſufficit  
tamen iuratoria cautio, & nu. 8. diſtinguit tamen,  
ut in nu. 9.
- 2 Maritus pro aſſecuratiōne dotis in pecunia conſi-  
ſtentis ſatiſdare tenetur.
- 3 Condemnatus, cui datur terminus ad ſoluendum  
iudicatum, ſatiſdare tenetur.
- 4 Debitor cui datur à Principe dilatio ad ſoluendum  
creditoribus, ſatiſdare tenetur.
- 5 Cautia iuratoria quo caſu ſufficiat, & quo caſu  
non. & nu. 6. cum ſeq.  
**V**ſufructuarius tenetur cum idoneo fideiūſſore cau-  
tionem

tionem prestare, quod proprietati lesionem non afferet, ibid.

- 6 Tutor impotens ad praestandam pupillo cautionem repellitur.
- 7 Excusatus ob paupertatem ab onere satisfandi, nudo verbo cauere debet sub pena & hypothecâ bonorum suorum.
- 8 Debitor, lapso dilationis termino si non soluit, carceratur, & amplius ad bonorum cessionem non admittitur.  
*Qui fecit quod potuit, legem adimpleuit, eod.*
- 9 Debitor suspectus, ad iuratoriam cautionem non admittitur.

Debitor qui cessit bonis, an teneatur praestare cautionem de soluendo?

*Quæstio V II.princip.*

**S**Optimò principaliter quæro, tan debitor qui bonis cessit, cogatur de soluendo præsta re cautionem, si ad pinguiorem peruenierit fortunam. Hanc quæst. ponit Ias. in §. fin.col. 2.in princip. vers. Nunquid autem ille qui cessit, Institut.de action. & nihil determinat, sed se remittit ad not. per Bald. in l.2.C. quod cum eod. & ad Cano. in c. Odoard. extr. de solutio. Cyn. in l. 1.in 1.colum. quæst. 5.C.titu. nostro. refert Cano. tenere, quod de soluendo satis dare teneatur, si ad pinguiorem peruenierit fortunam, quod ibi intelligit Cyn. si potest: si vero non potest, sufficie quod verbaliter caueatur. alleg. l.2. §. sed & si dubitetur. ff. de iud. & arg. l.1. §. cum autem C. de rei vxo. act. idē inquit. Bal. in d. §. fi. col. fi. in prin. ver. fi. item quæritur. Bald. vero in d. l.2. in fin. verbis refert

refert Nic.de Mattar; tenere, quod debitor satisfare compellitur. alleg. text. in d. §. cum autem quod dicit Bal. esse verum, iuratoria cautione, si fideiussorem inuenire non potest idem firmat Sa li. in d.l.i.col.penul.verfi. Quarto 10. Roman. au tem consil. 439. circa primum.col.fin.versic. Quo ad tertium, arguit, dicens quod quum debitori quinquennalis dilatio miserationis causa concedatur, ut de se patet iuxta rex. in l.fin.C.tit.no stro. debitor satisfare tenetur, quod tripli probat fundamento. † Primo, quia videimus maritū, cui miserationis causa à lege conceditur in tutione & assecuratione dotis in pecunia constētis, satisfare debere. l. si constante. §. quoties. ff. solu. matrim. & ibi Bart. Alex. & cæteri scriben tes. † Secundo videimus condemnatum, cui miserationis causa terminus soluendi iudicatum conceditur, tunc ad satisfandum compellitur. l. si debitori. ff. de ihudi. † Tertio, & idem videmus in debitore, cui princeps miserationis causa dilationem ad soluendum creditoribus concedit, qui etiam satisfare tenetur. l. vniuersa. & ibi Do Etio. C. de preci. impe. offe. & est decisio Neapol. 378. quidam debitör. † Sed an iuratoria cautio sufficit, si fideiussorem non habet? Videbatur dicendum quod sic, per Authen. generaliter. C. de episco. & cle. l.fin. §. luper. C. de affer. tol. §. si vero crimen in Auth. vt nulli iud. & in §. sed hodie. Instit. de satisfac. c. fin. de senten. excomm. in 6. & quod not. glo. in l. i. vbi per Ias. in pen. col. in fin. vers. Secunda conclus. ff. qui satisf. cog. in quib. iurib. probatur, iuratoria cautioni standum esse, si fideiussorem dare non potest. Contrarium putat Rom. vbi supr. esse verius! Quia vbi de satisfactione necessaria tractatur, prout in propo sito

sito casu, quamuis impotentia sit in illo, qui eam  
 præstare debet, iuratoria tamen cautio sufficere  
 non videtur, ut probatur ex gloss. ordinaria in l.  
 4. C. de vſu. & habi. volente quod vſufructuarius  
 teneatur cum idoneo fideiūſſore cauere, quod  
 nullam proprietati per eius vſum afferet læſio-  
 nem. Secundo per tex. in l. 2. C. de tutor. vel cura.  
 qui satisd. non debe. tibi repellitur tutor qui ad  
 cautionem pupillo præstādam est impotens:  
 qui non repelleretur, si iuratoria sufficeret cau-  
 tio: concludit tamen in proposito sufficere cau-  
 tionem pœnalem præstari ab eo qui satisdare te-  
 netur, ut determinat gloss. sing. in d.l. 2. §. sed &  
 si dubitetur. in verbo, ſola præmiſſione de iudi:  
 & in l. niſi. §. quamuis in gloss. quibus. in fin. ff. ſi  
 cui plus quam per l. Falcid. & ſequitur Bartolus  
 in l. fin. ff. de præto. ſtipula. & dicit Pauſus de Ca-  
 ſtro in l. fin. C. titulo nōſt. quod ille debitor infrā  
 terminum vel adueniente termino præſtare de-  
 bet. arg. l. bonæ fidei. ff. de iud. & Authē. quæ ſup-  
 plica. C. de preci. impe. offe. & hoc, ſi potest: alio-  
 quin iuratoria cautio cum ſtipulatione pœnali  
 ſufficeret, ut in l. cum non facile. & in d.l. niſi. §.  
 quamuis. vbi no. Angel. ff. ſi cui plus quam per l.  
 Fal. ſequendo gl. dicens, t quod casu quo quis ab  
 enere ſatisfandi ob paupertatem excufatur, nu-  
 do verbo ſub pœna & ſuorum bonorum hypo-  
 theca cauere debet, quum hoc graue non fit, &  
 ratio excufationis cefſat: idem firmat Bald. No-  
 uel. in traçtat. de dote in 12. priuilegio, 8. par. di-  
 cens, quod quando Princeps alicui ob eius pat-  
 pertatem ſoluendi dilationem indulgeret, ſſuf-  
 ficit iuratoria cautionem cum generali bono-  
 rum hypotheca, & cum adiectione pœnæ præ-  
 ſtari: Subdit etiam Paul. de Caſtr. in d.l. fin. quod

lapſo

lapsus dilationis tempore si non soluit, carcerabitur, nec amplius cedere poterit: alioquin fraudarentur creditores, qui dilationem concesserunt, quod minimè dicendum est. Are. etiam in §. item si dote. in prin. vers. in gl. facultates: Inst. de actio. tenet quod cautionem cum fideiussore prestabit, si poterit. argum. d.c. Odoard. alioquin autem si non potest, fideiussorem prestatare non cogitur, ut est text. in l. verum. §. videndum. ff. profoc. quem text. etiam allegat Petr. Iacob. de Bellaper. in §. sunt præterea. iub numer. 5. vers. Item oportet. & vers. sic sequitur aliud. Insti. de action. & isto casu stabitur eius iuratoriæ cautioni, ut not. gl. in d.c. Odoardus. in verbo, idonea. vbi inquit Hosti. quod in diuinitate hoc casu iuratoria cautio, idonea intelligitur, quia ex quo bonis cedit, notum est, aliam prestatare non posse, faciat ergo quod ipse potest. c. faciat. 22. quæstion. 2. & cum eo transit Ioann. Andr. & propterea qui fecit quod potuit, legem adimpleuit. † Conclusio est igitur secundum prædictos, quod qui bonis cessit, si cautionem cum fideiussore prestatare non potest, iuratoriam cum hypotheca bonorum suorum & poenali stipulatione prestat. Ego vero distinguendum putabam: aut iste debtor bonis cessit, & nisi viles vestes sibi non remanserunt, prout sibi relinquendi debent, ut superius dixi in 3. quæst. principali. numer. 8. & tunc vera sit opin. Doct. de qua supr. quod ipse ad iuratoriam cautionem, si fideiussorem inuenire non potest, admittatur, quem verisimile est reperire non posse: aut fuit ad quinquennalem dilationem admissus, & tunc quia bona sua per creditores non auferuntur. & sic cessat ratio, de qua in cessione bonorum: & non est verisimile, quod si fideiussorem

rem

rem reperire non possit, non debet ad iuratori-  
am cautionem admitti, sed cautionem cum fide-  
iuſſore præſtare tenetur, quān veriſimile eſt, ip-  
ſum hoc caſu inuenire poſſe, quum iſte talis æ-  
quiparetur debitori, qui à Principe per reſcri-  
ptum dilationem obtinuit, iuxta ea quæ haben-  
tur in l. vniuersa. C. de precib. impe. offe. & præ-  
cipuè quum iſte ſuſpectus ſit, prout illū de bo-  
norum occupatione ſuſpectum appellat Paris  
de Puteo in traſta. syndica. in §. Pone quod com-  
miſſa eſt execuſio. in fin. dum inquit, quod ce-  
dens bonis, qui de bonorum occupatione eſt ſu-  
ſpectus, poſſe à iudicet orqueri, vt bona exhibe-  
at, vt dixi ſuprà in s. quæſt. principali, in princip.  
Nam ſicut in præteritū bona ſua dilapidauit,  
itā etiam reſiduum in futurum dilapidabit: &  
vbi perſona eſt ſuſpečta, tunc ad iuratoriā cau-  
tionem non admittitur, ſed cum fideiuſſore ca-  
uet, vt tenet gloss. in d.l. 2. §. ſed & ſi dubitetur,  
argum. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatisfd. cog. & no.  
Ang. in d.l. cùm non facilē. & hoc modo pro cre-  
ditorum indemnitate ſatiſtutum erit: alioquin  
diſſicilimum erit, quod eorum credita exigere  
valeant. Cogita tamen.

## SUMMARIUM.

- 1 Cessio principalis debitoris fideiuſſori non prodeſt,  
& nu. 6. & 20.
- 2 Quinquennalis dilatio debitori confeſſa, an fide-  
iuſſori profit. nu. 5. & 6.
- 3 Exceptio quæ eſt in perſona principalis debitoris,  
fideiuſſori non competit.
- 4 Beneficium personale de non petenda infracer-

tum tempus, ad hæredem nō transmittitur, nec ad fideiussorem.

Hæres & fideiussor equiparantur, quātum ad vi-  
res personalis beneficij extendendas. cod.

7 Concessum ob gratiam, siue in alicuius priuilegiū,  
ad aliam personam non extenditur.

8 Fideiussor an à creditoribus principalis debitoris  
molestari queat, si debitor in precibus petit se &  
suum fideiussorem non molestari, & illis verbis nō  
cassatis, rescriptum obtinuit, quod iudex constito  
sibi de debitoris paupertate, ipsum ad alterum be-  
neficium admittat, non obstantibus quibus. unque.  
nu. 11.

9 Princeps rescribens, nullo verbo in precibus can-  
cellato, omnia in precibus contenta concedere vi-  
detur. & vide nu. 17.

Mens rescribetis, ex præfatione precum depræhen-  
ditur. eod.

10 Priuilegium à Principe obtentum, intelligi debet  
iuxta tenorem supplicationis oblatæ.

11 Signatura attendi debet.

12 Rescriptum dicens, quod oratorem ad alterum de-  
duobus beneficij admissitat, prout petitur, ad fide-  
iussorem non extenditur, etiam si in precibus de  
fideiussore sit mentio.

Clausula, (prout petitur) in rescripto posita, quo-  
modo intelligatur, & ad quid referatur. eod. &  
num. 13.

13 Rescripta in his quæ sunt contra ius, restringenda  
sunt, & non valent ex defectu præsumptæ volun-  
tatis Principis. & nu. 15.

Clausa

*Clausula indefinitè posita, non refertur ad ea quæ sunt contra ius.*

- 14 Legatus de latere, contra ius rescribere non potest, ec contra illud rescribere censetur, etiam si à Papa sic rescribendi facultatem habeat.
- 15 Rescripta quæ sunt contra ius, ex defectu præsumptæ voluntatis Principis, non valent.
- 16 Papa plenitudo ne potestatis ut sine causa non debet, & in dubio ut plenitudo potestatis velle non censetur.
- 17 Causa si simpliciter & de plano, ac sola facti veritate inspecta &c. committi petatur, & illa verba non sint cancellata, si rescribitur quod audiat talis, & iustitiam faciat, iudex procedere non poterit summarie, &c. prout petitum fuit: secùs, si dicatur, audiat talis, & procedat summarie, &c.
- 18 Obstantia gratiæ quæ colligi possunt ex narratis, tacitè in dubio sublata videntur, quamvis in concessionem gratiæ nihil de illis tollèdis expressè fuerit dictum: secùs, si clarè appareat, quod signatur a ampliet vel limitet narrationem, quia iunc statut rescripto.
- 19 Petitio si indeterminata fuit, & concessio determinata, atten. ditur concessio.
- 20 Prior legium & indulgentia sumunt à concessione vires, & non à petitione, quamvis in dubio ad petitionem concessio referatur eo.

*Cessio principalis debitoris, an fideiusfori profit?*

## Questio 8. princip.

- 1** **O**CTAVÒ principaliter quæro, tan cessio  
principalis debitoris fideiussoriprosit, ita  
vt ipse fideiussor à creditore molestari ne-  
queat? Respon. quòd fideiussor, nō obstante prin-  
cipalis debitoris cessione, creditori satisfacere  
tenetur, ex quo talis cessio ei non prodest; vt est  
textus in §. final. & ibi Arétin. Instit. de replica. I.  
hæres à debitore §. quòd si stipulator. & ibi Bart.  
not. illum textum ad hoc ff. de fideiussor. & fac.  
text. in l. vbi cunque. iuncta ibi gloss. ff. eod. per  
quem textum ita tenet Petr. Iacob. in sua pract.  
titu. nostro. in princip. Idem tenet Guid. Pap. in  
decis. 241. Debitor non potest. ad fin. versic. Sed an  
cessio bonorum. idem firmat Are. in §. fin. colum.  
pen. in fin. versic. Quæro, prin. num. 10. & ibi Ias.  
in pen. col. versi. An autem cessio, Instjt. de actio.  
**2** † Quamuis in quinquennali dilatione. Pet. Iaco.  
ibi in penulti. colum. versicu. item illæ induciæ.  
teneat, quòd fideiussori prosint illæ induciæ, &  
ideò à creditore vexari non possit, per text. in l.  
etiam hæredit. in fin. ff. de pactis. Sed contra Pe-  
**3** trum Iaco. facit regula, † quòd exceptio, quæ est  
in persona principalis, fideiussori non compe-  
tit l. exceptiones quæ personæ. ff. de exceptio. I.  
priuilegia. & l. in omnib. ff. de regulis iuris. Sed  
hæc exceptio personæ debitoris inest, cui quin-  
quennales induciæ concessæ fuerunt: ergò fide-  
iussori non prodest. † Præterea sicut perso-  
nale beneficium maximè de non petendo in-  
fra certum tempus ad hæredem non transmit-  
titur, vt l. non solùm. §. tale. ff. de liber. legat. ita  
etiam ad fideiussorem non extenditur, cùm fi-  
deiussor & hæres quantum ad vires principalis  
bene-

beneficij extendendas, æquiparetur, vt est text.  
 1. & si fideiussor. ff. de re iudica. & d. l. exceptiones quæ personæ, cum concordan. & ita tenet Aretin. in §. in omnibus. colum. 2. versicu. in ead. ibid. n.ime. 6. cum duobus sequentib. Institu. de fideiussor. Posset fortè saluari hoc dictum Petri Iacob. per ea quæ tradit Aretinus consil. 34. consultation. colum. prima. versicul. sed dubium facit, per doctrinam Cyni relatam per Baldum in l. quoties, in vltima colum. versicul. Secundo modo quæritur. C. de precibus offer. quòd quan- uis dilatio reo concessa, ad fideiussorem non ex- tendatur, quandò personæ, & non causæ conce- ditur, reus tamen ex persona sua fideiussorem defendere poterit, p. 1. idemque. §. generaliter. ff. mandat. vt vidimus l. præ in 25. quæstione, nu- mer. 5. † Sed ad hoc responderi potest, quòd hoc procedit, quandò exceptio ipsam obligati- onem personæ cohærentem resipiceret, putà si principalis qui conueniri non poterat, nisi in quantum facere potest, statim exacto fideiussore conueniri, & ab ipso fideiussore exigi. nam hoc casu principalis ex priuilegio sibi concessa posset fideiussorem defendere, vt vidimus in d. Etia 25. quæstione, numer. 5. secùs si priuilegium non obligationem, sed personam tantùm respi- ceret: & sic ab ipso fideiussore exacto statim exi- gi non posset, nam tunc fideiussori non prode- rit, vt per Cynum in dicta l. quoties. in fin. Ale- xand. in apostil. ad Baldum ibi. Ad l. etiam hære- di, in fine, per Petrum Iacob. allegatam respon- det Cynus in d. l. quoties, in 2. colum. versicul. Sextò quæro, ibi, item lege cauetur, & in vltima colum. versicul. Ad contraria, sic responderet, quòd illa lex non facit ad rhombum, quia ibi

non de personali pacto, sed de reali dicitur, & dato quod in personali loqueretur, ibi sunt personalia impropre quæ rei adhærent, † nos autem in personali tantum adhæret. † Concludo igitur quod tam cessionis, quam quinquennalis dilationis beneficium principali debitori concessum non prodest, nec ad fideiūssorem extenditur. Pro qua conclusione adduco, id quod not. Bald. in l. i. nota C. de legib. quod illud quod ob gratiam, siue in priuilegium conceditur, ad aliam personam non extenditur. † Quid autem si in precibus debitoris peteretur, eò ad cessionis vel dilationis quinquennalis beneficium admisso, se & suum fideiūssorem vel correum non molestari, & illis verbis non cassatis, rescriberet Princeps hoc modo: ariat Dominus Matthæ. Brunus Ariminensis. Pætor: & vocatis vocandis, & constito de Oratoris paupertate, ipsum ad alterutrum beneficium ad omnium, vel maioris partis creditorum electionem, admittat, non obstantibus quibuscumque: An debitore ad alterum dedicatis beneficijs admisso, fideiūssor à creditoribus molestari possit? Videbatur dicendum quod non, ex eo quod dictum rescriptum nedum principalis debitoris, sed etiam fideiūssoris personam respicit, † quum in eo petitum fuerit etiam fideiūssorem vel correum non molestari, & simpliciter fuerit per Principem rescriptum: & ubi Princeps nullo verbo in precibus cancellato rescribit, velle videtur, quod omnia in rescripto petita intelliguntur concessa, prout voluisse videtur Rota in decision. 77. Si petitur in nouis, & in decision. 378. Not. quod si petitur, in antiquis. Quum etiam ex literarum & pre-

& p̄c̄tum pr̄fatione depr̄hendatur mens reſribentis, l. final. ff. de h̄redi. instit. per Bartol. in l. ambitioſa, ii. de decre. ab ordin. faci. & tra-  
dit Corneus consil. 55. Reperio me alias, colum.  
fina. versicul. Secundum imminet, volum. 2. † &  
priuilegium à Principe obtentum, intelligi de-  
bet iuxta tenorem supplicationis obtentæ, vt no-  
ta. Bald. in c. inter dilectos, per illum textum ibi  
ex forma petitionis, in vltima colum. versicul.  
Item not. extra, de fid. instrum. cum multis simi-  
lib. de quibus per Grammati. in decis 103. Illu-  
ſtrissima Marchionissa Paduæ, nume. 201. † Con-  
trarium tamen verius eſſe puto, nam licet in sup-  
plicatione partis illa verba, ſe & ſuum fideiuſſo-  
rem non moleſtari, inserta fuerint, non tamen  
in reſcripto ſuperiore repetita fuerunt, quum  
ſignatura attendi debat, nota. Doct. in c. ſuper  
literis, extra, de reſcription. & plenè per Parifi.  
consil. 107. Non obſtat, quod ſententia, colum.  
fina. nume. 22. versicul. Propter ea debet, cum ſe-  
quen. volum. 4. Amplius dico, † quod quamuis  
in ſignatura diceretur, oratorem ad alterutrum  
beneficium admittat, prout petitur, & ſic ex vir-  
tute diſtorum verborum, vt petitur, quæ quum  
ſint indeſinē posita, vniuersaliter intelligen-  
da videantur, argument. l. ſi pluribus. de legat.  
2. & l. prima. §. generaliter. ff. de legat. pr̄ſtant.  
cum ſimiſi. & conſequenter etiam ad preces re-  
ferantur, quod ipſe debitor, & eius fideiuſſores,  
& correi, ipſo ad vnum ex diſtriſ beneficijs ad-  
miſſo, non moleſtentur, nihilominus reponde-  
tur, † quod in his quæ ſunt contra ius reſcri-  
pta, ſunt plurimum reſtringenda, argumen. l. ius  
ſingulare, & l. quod verò. ff. de legibus. & in re-  
gulis. quæ à iure communi exorbitant, de re-

200 TRACT. MATTH. BRVN  
gulis iur. in 6. & clausula indefinite posita, non  
refertur ad ea quæ sunt contra ius, glo. est singu.  
in l. talis scriptura. in fin. in glo. fin. de legat. i. per  
l. vxori. de legat. 3. tradit Corne. consi. 119. Circa  
primum, colum. 4. versicu. Quod licet signatu-  
ra, nume. 17. volum. 2. consi. 48. Quoniam in præ-  
senti, colum. 2. in fin. versicu. & maximè hoc di-  
cendum, nume. 4. volum. 3. consil. 312. Circa pri-  
mum, in princip. usque ad secundum dubium,  
eod. libr. & consi. 136. Visis actis, in fin. volum. 4.  
quem sequitur Rober. Maranta in suo special. in  
4. parte principali, in 9. distinct. nume. 4. versicu.  
Item putarem quandò Princeps. folio 28. in pri-  
mis impress. magnis. Vnde illa verba, ut petitur,  
ad fideiussores correos non referuntur, quum sit  
**contra ius**, quod beneficium personale debitori  
concessum, ad fideiussorem extendatur, ut dixi-  
mus suprà per textum in d. l. exceptiones quæ  
personæ, cum concord. ied ad debitorum orati-  
onem tantum, & non ad alios referuntur, quum  
rescripta sint strictè & non largè interpretan-  
da, ut d. regula t̄ quæ à iure communi, & secun-  
dum iuris ordinem, ut habetur in c. cùm deli-  
cta, extra, de rescript. & pro hac interpretatio-  
ne facit, quia inferior à Papa etiam legatus de la-  
tere contra ius rescribere non potest, l. formam.  
C. de offic. præfect. prætor, Illyrici. iuncto cap.  
2. de offic. leg. in 6. & hoc per rationem in c. cum  
inferior. extr. de maio. & obedien. & ita firmat  
gloss. communiter singu. in c. fina. de hæreti. in 6.  
t̄ & dato quod de absoluta potestate posset, quia  
fortè fuisset dicto Legato specialiter à sede Apo-  
stolica iniunctum, non censeretur tamen contra  
ius rescribere velle, quia ita Principum rescrip-  
ta interpretantur, nam si contra ius emanant, ex  
defe-

defectu præsumptæ voluntatis Principis non va  
lent. I. rescripta, & I. damnosa, C. de precib. Imp.  
offer. & quod habetur in I. humanum, c. de legib.  
& Papa dicit se non posse, t̄ q̄od de iure non po  
test, quamuis de absoluta potestate posset, c. ve  
niens, extr. de accusa. Nec Papa plenitudo potesta  
tis plenitudo vti velle ron censemur, nisi qua  
tenus exprimatur, vt nor. Innocen. in c. innotuit.  
extr. de elect. & Ioan. Andr. in c. statutum, in fin.  
de rescrip. in 6. & in 4. porrecta, extr. de confirm.  
vtil. vel inutil. & ib. per Anton. de Butr. Imol. &  
Abb. cum alijs concord. relatis per Ias. conf. I. co  
lum. pen. in fin. sub num. 9. volum. I. per Giga. tra  
cta. de pens. q. 26. num. 13. versic. Dicas tamen per  
Marsi. in sing. 84. Princeps, & plenè per Mod. Ari  
min. in tract. de nulli. proceſ. sub rubr. An quælibet  
sententia possit dici nulla, nu. 20. vers. Si verò  
fuerimus. Ad allegata in contrariū respondeatur,  
quod quædā sunt quæ specialiter & expressè de  
bēt in signatura cōcedi, vtputà si in precib<sup>o</sup> peti  
tur, quod in causa summarie, simpliciter, de pla  
no, ac sola facti veritate inspecta, &c. proceda  
tur, quamuis prædicta verba non cancellata, nec  
eorum aliquid, si signaturam tantūm habeat, au  
diat Dominus Matthæ. Brunus, & iustitiam faci  
at: Dominus Matthæus vigore talis signaturæ pro  
cedere non potest summarie, simpliciter, &c.  
prout petitum fuit. hoc enim commissum non vi  
detur, immò neglectum, si enim Princeps voluſ  
set, hoc expressiſſet, c. ad audientiam, extr. de de  
cimis, c. 2. versic. Vnde si circa. extr. de translati.  
Episcop. & I. vnica. §. fin autem ad deficientis. C.  
de caduc. tollend. ita formaliter inquit Rota in  
decif. 358. Si in commiſſione, in nouis. sequitur

16

17

Alex.conf.136.iā causa & lite,col.2.in prin. vers.  
 Et secund.quod licet.vol.2.Idem firmat Ange.in  
 decif.176.in causā mea. & Maranta vbi suprà , in  
 1.col.vers.sed iuxta hoc cadit,nu.3.Vt ergo con-  
 cēssum intelligatur,vt summarie,simpliciter, de  
 plano, ac sola facti veritate inspecta procedatur  
 rescribens ita rescribere debet, audiat Dominus  
 Matth.Brun.& procedit summarie , &c. tunc e-  
 nim sub illo verbo,summarie , &c. veniunt om-  
 nia alia in precibus non cancellata: & ita proce-  
 dant allegata per dominos & Rota in d. decif.77,  
 & in d.decif.378. & ita affirmat eadem Rota in de-  
 cis.379.Not.quod si in commissione,in antiq.Sta-  
 phy.in tract.de literis gratiæ & iustitiæ,fol.140.  
 vers.dicēdum est modo,in primis impressis. Nec  
 obſt.tradita per Corn.ad conf.55. & per Gramm.  
 in d.decif.103.Quoniam illa proceduat,vbi Prin-  
 ceps simpliciter rescriberet,non se ad aliquid de-  
 contentis in precib.restringendo , secūs si ad ali-  
 quid de comprehensis in eis se restrinxisset,vt in  
 casu nostro.nam ad illud tantūm, & non ultra,se  
 extendit rescriptum.† Quamuis enim omniagra-  
 tiæ obstantia,quæ ex narratis colligi possunt,tac-  
 citè sublata esse videantur , licet in concessione  
 gratiæ de illis tollendis nihil expressè fuerit di-  
 cētum secun.Aegi.in conclus.Rotæ 333.in casu do-  
 mini Card.Ant.de Butr.conf.2.visis literis, q̄ est  
 repetitum conf.49.in fin.Rom.conf.80. Confir-  
 manda profectò. Hoc tamen verum est in dubio,  
 vt inquit Rom.ibi.secūs,si clarè appareat, quòd  
 signatura narrationem ampliet,vel limitet. tunc  
 enim signaturæ vel concessioni statur,c.inter di-  
 lectos,& ibi Abb.in 4.colum.vers. No.bonam li-  
 mitationem,extr.de fide instru.in c.2.ext.de treu-  
 ga & pac.vbi no.† quod si petitio indeterminata  
 fuit,

fuit, & concessio determinata fuit, concessio at-  
tenditur, quia priuilegium & indulgentia vires  
à concessione & non à petitione sumunt, quanuis  
in dubio ad petitionem referatur concessio, qđ  
est notandum secundum eum, quem refert & se-  
quitur Fel. in d. c. s. per literis, col. 4. vers. Limita  
regulam nu. 25. ex r. de rescr. & Ruin. conf. 3. Vide  
tur prima consideratione. col. 2. vers. sed tamen  
præmissis, con. 43. circa id, col. 1. nu. 3. vol. 1. & cō-  
si. 104. Quæstio. col. 2. in fin. num. 7. vol. 5. & tradit  
Paris. conf. 07. non obst. quod sententia. col. fina.  
vers. propere à debet, nu. 21. cum seq. vol. 4. Quū  
ergo in casu nostro † Princeps in signatura ad 20  
principalem debitorem se restrinxerit, & fide-  
iussoris aut correi personam non expresserit, de-  
bitori principali duntaxat priuilegium conces-  
sum intelligitur, & non alijs in rescripto non ex-  
pressis. si enim voluisset: vtique (vt suprà dixi-  
mus) expressisset illa. igitur in rescripto non ex-  
pressa, intelliguntur omissa & neglecta, & sic in  
dispositione iuris communis remanet, l. commo-  
dissimè, cum vulg. ff. de lib. & posthu. & inclusio  
vnius, est alterius exclusio. l. cum prætor, cum si-  
mil. ff. de iud. & ita concludendum est.

## S V M M A R I A.

- 1 *Creditores omnes in cessione bonorum, an vocari  
debeant, antequam debitor ex carceribus relaxe-  
tur, & ad cessionis beneficium, vel ad quinquenna-  
lem dilationem admittatur, & nu. 4.*
- 2 *Carceratus antequā relaxetur, citari debent cre-  
ditores per generale proclama, si non constat, ad  
cuius instantiam carceratus fuerit: si vero non con-  
stat ad cuius instantiā, citari debet ille, vel eius pro-  
curator.*

- 3 *Custos carcerum ad interesse creditorum tene-  
netur, si carceratus fuit per ipsum relaxatus, vel  
au fugit antequam per iudicem declaratum fui-  
set, an esset vel non esset ad cessionem bonorum ad  
mittendus.*
- 4 *Cedens bonis ad aliquorum creditorum instantiam,  
non potest ab alijs, quorum timor non cesserit, mo-  
lestari, nisi ut bona doceat, & debitum aliorum a-  
gnoscatur in iudicio, n. s.*
- 6 *Cessio bonorum facta per debitorem, sufficit pro o-  
mnibus creditoribus, sicut una inuentarij confe-  
ctio.*

**Creditores omnes an in cessione bono-  
rum citari debeant.**

*Quæstio 9. Principalis.*

- 1 **N**on principaliter quæro, † nunquid in cessione bonorum creditores vocari debeant, antequam debitor carceribus relaxetur, & ad cessionis beneficium, vel ad dilatationem quinquennalem admittatur? Bald. consi. 301.
- 2 ad evidentiam, volum. 5. † tenet, quod ille qui cedit bonis, à carcere etiam in uitis creditorib. relaxari debet, vt not. in l. i. C. titu. nostro, tamen non sine aliquali iudiciorum ordine talis relaxatio fieri debet, quia hi quorum interest, vocari debent. Nam interdum aliquis est in carcere, & non constat ad cuius petitione fuit carceratus, tunc generale proclama sufficit, vt no. Bar. in l. si quis vxori, §. si fugitiuum. ff. de furt. vbi huius articuli theoricam & practicam ponit: Interdum constat, ad cuius instantiam fuit carceratus, & tunc ille, vt eius procurator citandus est, vt l. i. §. i. ff. de

de liber. agnoscen. & l. eum qui res, C. de procur.  
 & §. fin. cum concord. Instit. de poena temerè liti.  
 Citatis ergo creditoribus, factaq; honorum cef-  
 sione, admittetur carceratus. ita concludit Bald.  
 d. cons. 201. Quid si carceratus à principe rescrip-  
 tum cessionis honorum impetravit cum manda-  
 to, quod cedendo bonis à carceribus relaxetur,  
 & à carcerum custode fuit relaxatus, † vel aufu-  
 git, antequam iudex illum esse vel non esse ad bo-  
 norum cessionem admittendum decerneret; an  
 carcerarius ad totum debitum, vel ad interesse  
 creditorum tenetur? Dic, quòd si notorium erat  
 debitorem non esse soluendo propter quod de-  
 beat ad bonorum cessionem admitti, tenebitur  
 tantum ad creditorum interesse, ut pulchrè de-  
 clarat Paris de Put. in tract. synd. in §. licet dica-  
 tur. sub nu. 4. versi. si tamen carcerarius. An autē  
 creditores omnes citari debeant, vel sufficit, q̄  
 eorum aliquis tantum citetur. Petr. Iacob. in sua  
 Pract. tit. nost. in 2. not. tenet non esse necessariū,  
 quòd creditores omnes coram iudice vocentur,  
 sed sufficit illos, qui instant, seu eos, qui contra  
 debitorem litigant, seu cum quibus pendet cau-  
 sa, vocari. pro hoc facit tex. in l. 4. §. Sabinus. & i-  
 bi gl. ff. tit. nost. vbi dicitur, † quòd qui ad nonul-  
 lorum instantiam cessit, ab alijs creditorib. quo-  
 rum timore non cesserit, inquietari non potest,  
 nisi vt bona doceat, & ita est de mente Salicet. in  
 d. l. i. col. i. in fin. vers. secundum dubium est. & te-  
 net & sequitur Guid. Pap. cons. 124. circa materiā  
 col. fin. vers. Nec sunt necessariò. nu. 9. Quod † ta-  
 men intelligunt, si debitum istorum agnoscat de-  
 bitor in iudicio, quium non præjudicet his, quo-  
 tū debitum non arguit. l. pen. ff. tit. nost. & prima  
 cessio pro omnibus sufficere debet, † sicut vna in

uentata-

6

5

4

3

uentarij confectio sufficit pro omnibus credito-  
ribus etiam ex post facto apparentibus, l. fin. §. li-  
centia, C. de iure delib. & hoc dicit ibi Salic. esse  
verum, nisi qui bonis cessit, de nouo bona acqui-  
suiisset. nam respectu illorum bonorum non pre-  
iudicat cessio illis, quorum respectu cessio facta  
non fuit, ut dixi supra in 2. questio. principali, nu-  
me. 7. 8. & 9.

## S V M M A R I A.

- 1 Creditores posteriores an anterioribus præferan-  
tur, vel econtra, in bonis post cessionem acquisitis,  
num. 3. & 4.
- 2 Debitor qui cessit bonis, à debito non liberatur.
- 4 Creditores primi vnam hypothecam habentes, po-  
sterioribus etiam duas hypothecas habentibus præ-  
feruntur.
- 3 Creditores primi conueniunt debitorem qui bonis  
cessit, in id quod facere potest: posteriores verò, in  
solidum.
- 6 Cessio prima nouis creditoribus non præiudicat, &  
quo casu præiudicet.  
Cessio est actus reiterabilis. ibid.
- 7 Vsufructarius si operas suas in biennium pro virgin-  
ti locauit, & conducto cessit bonis, finito usufructu  
post annum, dicta cessio prodest debitori aduersus  
proprietarium nouum creditorem.

Creditores posteriores an anterioribus præ-  
ferantur in bonis post cessionem  
quæstis.

*Quæstio X. princ.*

**D**ecimò principaliter quæro, tan creditores posteriores anterioribus præferri debeant, vel econtrâ in bonis posteà quæsitis per debitorem, qui ad cessionis beneficium fuit admissus? Cyn. & Alb: in l. ex contractu. in fi. C. de bon: auth: iud. pos: decidunt, quod posterior res præferuntur, per tex. in l. 3. in fin. ff. quod cum eo. Sal. verò ibi in 3. q. concludit, quod tam primi quam posteriores concurrunt, nisi alter altero ex alia causa magis priuilegiatus esset, & ad d. l. 3 in fin. respondet, quod ille debitor per capit is diminutionem liberatus erat, vt l. 2. ff. de cap. dimi. sed per prætoris beneficium ne creditores absq; eorum culpa perderet, restituitur in eū actio, vt teneatur in quantu facere potest: idèò in posteà quæsitis ratio posterioris habetur. & hoc est verū secundū eū, quia restitutio illa fit speciali beneficio, quod non datur in alterius præjudicium. In casu autem t quæst. nostræ debitor qui bonis ces- sit, à debito non liberatur, vt dicemus infrà in 19. q. sed de iure communi remanet in solidum obligatus, quamuis propter cessionis beneficium po steà conueniri non possit, t nisi quatenus facere potest, d. l. ex contractu, & l. 4. in prin. & l. qui bo nis, ff. tit. nostr: vnde posterioris ratio cōtra priorē, & qui de iure cōmuni venit, haberi nō debet, Paul. de Cast. in d. l. ex contra. in fi. tenet, quod anteriores posterioribus præferuntur, ex quo debitor remansit obligatus, & hanc opin. puto veriorē, & eo magis, quia primi tanquā anteriorem hypothecam habentes, t posterioribus præferri debeant, per regul. qui prior. de regul. iur. in 6. & l. quoties utriusque, cum vulg. ff. eod. etiam si posterior duas haberet hypothecas, & primus vñā tantum

tantum, nisi posterioris hypotheca esset priuilegiata, iuxta l. licet, C. qui potior. in pignor. habet. vt tradit Negus an. in tract. de pign. in 2. membro quintae part. col. pen. in prin. vers. sed si econuerso. sub nu. 5. In hoc tamen hi creditores in q. nostra differunt, † quia primi debitorem qui cessit bonis, conuenire non possunt, nisi in id quod facere potest: secundi vero insolidum, vt d. l. ex contractu, in prin. à contrario sensu, vt etiam inquit ibi Salic. in 2. q. † Nec aduersus eos nouos creditores obstat cessio præcedens, nisi de novo cedat bonis, quem hoc facere posset, ex quo ille aetius reiterabilis est, vt per Sal. & Paul. de Cast. in d. l. ex contractu, in fine. & vidimus supr. in 2. q.

- 7 principal. sub nu. 8. & 9. † vel nisi creditores causam ex præcedenti contractu continuatam habent, verbi gratia, si seruus fructuarius operas suas in biennium pro viginti locauit, cōdūctor bonis cessit, deinde post annum finitus est ususfructus, & sic proprietarius cœpit nouus esse creditor, quia iuris ratio hoc expostulat, vt est text. in l. si seruus communis Mæuij. §. fina. ff. de stipulat. seruo. hoc enim casu dicta cessio debitori aduersus proprietarium proderit, quia non est cum eo de novo contractum, sed persona duntaxat mutata, cui acquiritur, & est idem contractus, de cuius executione agitur, vt tenet Bald. in d. l. ex contractu, ad fin. quem sequitur Alexan. in apostil. ad eundem Bald. in l. i. 2. colum. in princi. in verbo, creditoribus, C. tit. nostro.

### SVM MARIA.

- 1 Cessio bonorum facta per debitorem, an ei profit, quo ad conditionalem creditorem, cuius conditio post cessionem euenit, vt in bonis postea quæstis non conue-

*conueniatur, nisi in quantum facere potest: distingue, ut ibi.*

- 2 *Testator primus si legata conditionalia fecit quorum dies post legata heredis secundi testatoris evenit, legatarij primi testatoris, legatarijs secundi testatoris preferuntur.*

**Cessio bonorum, an debitori pro fit contra creditorem conditionalem.**

*Quæstio 11. principalis.*

**V**NDECIMÒ principaliter quæro, † Quid si inter primarios creditores quidam creditor conditionalis erat, & post debitoris cessionem sua extitit conditio, nunquid debitori quoad eum cessio pro fit, ut sic in posteà quæsitis debitor ipse non conueniatur ab eo, nisi in quantum facere potest? Petr. quem sequitur Cyn. & Al ber. de Rosâ. in l. ex contractu, C. de bo. auth. iud. poss. determinat, quod in solidum conuenietur, quia quo ad hunc conditionalem creditorem cessio sibi nō prodest: & hac mouentur ratione, quia vbi cessit debitor, ex contractu præambulo conuenitur, deducto ne egeat: & hoc verum est, quādo cessio creditoribus proficit, quia penes se bona debitoris habent, sed iste conditionalis creditor nullum consequitur commodum ex bonis cedentis, ex quo illa ad aliorum creditorum manus peruererunt, ergo &c. Bal. verò ibi putat esse distinguendum: Aut taliis conditio in uito evenit debitore, & tunc conditio trahitur retro, & sic de bonis debitoris participabit creditor, & tunc in posteà quæsitis cedenti proderit cessio: Aut exti-

Cit eo volente, & facto suo interueniente, & tunc non trahitur retro, nisi factum suum esset necessarium, non voluntarium, i.e. & l. potior. & l. qui balneum, ff. qui pot. in pigo. habeant. Subdit Bald. prædicta procedere in contractibus, seu in legatis conditionalibus, in quibus conditio non trahitur retro, l. i. §. serui. ff. ad Syll. & potius aritiqua quam noua obligatio inspicitur, quæ necessaria est à sua causa consequentiam habet, arg. l. 3. §. scio. ff. de mino. ideo minimè curandum est, ut trahatur, vel non trahatur retro, quia in proposita q. non de legati acquisitione, sed de cessionis beneficio tractatur, ut probatur in l. i. C. de bon. auth. iudi. possid. & propterea exemplificat

2 Bald. t quod si primus testator legata conditionalia fecit, quorum dies venit post hæreditis legata, dato quod in legatis hæreditis cōditio existens non traheretur retro: verbi gratia, si capitolium ascenderit, vel si matrimonium contraxerit, vel alia similia, vbi naturales termini fictionem recipiunt, nihilominus legatarij defuncti testatoris, legatarijs hæreditis præferuntur: & sic concludit, quod tempus causæ, non causati tempus, inspicitur. cum Bald. transirent alij. Salic. tamen cogitandum relinquunt, maximè quare diuersum sit in contractibus.

## SUMMARIUM.

Executio instrumenti, pendente lite super bonorum cessione, contra debitorem committi non potest.

Executio an committi possit, pendente lite super cessione bonorum.

*Quæstio XII. princip.*

Duode-

**D**Vodecimò principaliter quæro, † creditor vigore statuti executionem instrumēti contra Titium confidentem in iudicio debitum, & petente se ad cessionis beneficiū admitti, petit, an lite pendente super dicta cessione instrumenti, executio committi poterit? Reperio fuisse decisum curia Tholos. q. 28. Item fuit dubitatum, si aliquis, quod sic, nisi iudici constaret, cedere volentem nulla habere bona, ut no. in c. Odoardus, extr. de solut. Ego autem sic distinguen dum putabam, an iudicium petēdā cessionis cōptum fuit prius quām instrumenti executio pēteretur, aut post: si prius, & tunc quia lite pendente, nihil debet innouari, l. cum aliquis, & ibi Baldus in 2. not. C. de iure deliber. & habetur in titu. C. de extra. ut lite pend. per executionem instrumenti petitam, impedire non poterit, quin super d. cessione procedatur: si verò post, & tūc aut ex iuris communis, aut municipalis dispositione proceditur: primo casu, idem dicēdum arbitror, quum etiam in executione sententiæ debitor ad cessionis beneficium admittatur, ut dictum fuit suprà in 2. q. princ. sub num. 10. vers. Scias tamen. Secundo casu, aut statutum disponit quod cōtra instrumentum publicum nulla possit opponi exceptio, aut prohibet cōtra executionē instrumēti exceptionem opponi. primo casu executio petitā per exceptionem cessionis impeditur, ut tradit Bart. Alexā. & alij in l. i. §. & parui, ff. quod vi aut clam, & Corn. conf. 212. placet, col. 1. vol. 2. Ultimò verò casu, instrumenti executio non obstante cessionis exceptione, committi poterit, ut late prosequitur Corn. d. conf. 212. per theoricā Bart. in l. si filius, ff. quod cū eo. & vidimus suprà in 3. q. princ. sub num. 4. vers. & prædicta intantam.

## SVM MARIA.

- 1 Feriae inductæ ob necessitatem hominum in causa cessionis bonorum, non obstant, quando cedere volens est carceratus.
- 2 Causæ carceratorum tam ciuiles quam criminales, diebus feriatis expediuntur, non tamen in honorem Dei, nisi quando contra insignem latronem proceditur.

Feriæ ob necessitatem hominum, an obstant in causa cessionis bonorum.

## Quæstio 13. princ.

- 1 **D**ecimotertiò principaliter quæro, tan feriae ob necessitatem hominum inductæ, in causa cessionis bonorum obstant? Respon. quod non, vt voluit Bald. conf. 301. Ad euidentiam. in fin. volum. 5. vbi allegat text. in l. fina. ff. de fei ijs. sed allegare voluit l. pen. eod. tit. vbi est text. quod carcerati pro causa ciuili, vel criminali, etiam diebus feriatis expediuntur, non tamen in honorem Dei, nisi quando contra insignem latronem procederetur, vt est text. in l. provinciarum, C. to. titu. not. gloss. in l. custodias. ff. de public. indic. & prædicta intellige, quando cedere volens, in carceribus reperitur, vt expressè determinat Ang. in d. l. penul. quem sequitur ibi Ias. circa fin. versicu. No. secundò, & idem firmat Bald. conf. 301. per totum.

## SVM MARIA.

- 1 Debitor qui ceſſit bonis, cessionem reuocare potest antequam bona distrahabantur, & sic pœnitere potest;

*poteſt, dummodo creditoribus ſoluere paratus fit.*

- 2 *Cedens bonis, non definit eſſe dominus bonorum ante eorum diſtractionem.*
- 3 *Ceſſio bonorum, in fauorem debitorum introducta fuit.*

**D**ebitor qui cefſit bonis, an pœnitere poſſit antequam bona vendantur.

*Quæſtio 14. Princ.*

**D**ecimoquarto principaliter † quæro, nūn-  
quid debitor qui cefſit bonis, poſſit ceſſio-  
nem antequam bona diſtrahantur, reno-  
care, & ſic an pœnitere poſſit? C.in l.i.q.6.C.titu-  
noſtro, quem ſequitur Alber.in rubr.eo.tit. in 2.  
colum, verſic, item quæritur, vtrum refert opin-  
ionem quorundam diſtinguentium, ipſe tamen indiſtin-  
ctè tenet quod pœnitere poſſit. pro hoc eſt text.  
& ibi not.Bart.Ang.in l.3. & in l. quem pœnitet,  
ſſ.eo.not.gi.in l.pen.vbi etiam Bart.in l.pen.qu.  
eod.tit.& facit text.& ibi not.Bart.Bald.Salic. &  
Paul.de Caſtr.in l.2.C.eo.titul.vbi dicunt, quod  
qui bonis cefſit, pœnitere poſteſt, & bona illa re  
integra recuperare, quando vendita non erant,  
ſi tamen creditoribus ſoluere paratus fit, quod i-  
pſe teneatur argumē.text.in c.caufis, & ibi plenē  
per glo.ext.de elect.Vnde inquit Bald. ibi facere  
in argumentum, quod qui rem pro derelicto ha-  
buit, re integra pœnitere poſteſt, quia interim nō  
eſt alicui quæſitum ius. & ideò dicunt Dd. quod  
volenti debitum ſoluere bonorum ceſſio nō pre-  
judicat, ſi bona non ſunt vendita, quia cedens bo-

- nis, † non definit esse bonorum suorum dominus ante illorum distractionem, ut est tex. in d.l.3. & reperitur decisum in Capel. Thol. q.134. Item antecedens bonis. & ratio est, † quia bonorum cessionio in fauorem debitorum introducta fuit, ergo, &c. l. pen. C. de pactis. sequitur Are. in §. fin. colū. pen. in princ. versl. verò semel. & ibi Ia. in pe. col. versl. an autem post cessionem. Inst. de act. quāuis contrarium teneat Bal. in l. fi. col. pe. versl. Quæro si aliquis solenniter, C. tit. nost. & licet quandam distinctionem ibi ponat in versi. Circa autem articulum. in effectu tamen concludere videtur, q̄ vbi actus non est consummatus, & sic res est integræ: pœnitere potest: secūs, si actus esset ad perfectionem ductus & consummatus. nam tunc pœnitere non potest, argum. text. ibi not. Bald. in l. si quis iusurandum, & ibi Salic. in fine, de iureiur. & hoc modo cum alijs Doct. concordabit, quod si bona per creditores distracta non fuerint, aut eis in solutum data, debitor pœnitere potest, & creditoribus satisfacere. & ita tenet Host. in summa, tit. nostr. colum. 2. versicu. sed nec creditores, & ita communiter tenent Doct.

## SUMMARIÆ.

- 1 Litis contestatio an in causa cessionis bonorum requiratur.
- 2 Officium iudicis quando incidenter imploratur, litis contestatio non requiritur: secus est, vbi principaliter imploratur, etiam quod causa sit summaria, nu. 3. & 4.

Litis contestatio an requiratur in causa cessionis bonorum:

*Quæstio.*

*Quæstio 15. Principalis.*

**D**ecimoquinto principaliter quæro, † nunc quid in hac bonorum cessione litis contestatio requiratur? Reperio dominos de Rotæ, ut refert Aegid. in decis. 197. Secundò, in causa tenere, quod in hac causa cessionis admittendæ, vel denegandæ, de necessitate litis contestatio & terminorum palatij ordinatio requiritur: & per eos adducebatur hæc ratio, quia licet iudicis officium hic imploretur, non tamen principaliter, immò incidenter, allegabant tex. in c. fi. extr. de offi. iud. Sed hæc ratio concludit tam contra dictum, quam contra tex. in d. c. fi. Nam quando iudicis officium incidenter imploratur, litis contestatio nō exigitur, ut in illo tex. expressè dicitur: vbi verò principaliter imploratur, contestatio requiritur. & ita tenent omnes Dd. ibi, & est decisio Rotæ 9. Si petatur in ant. in nouis dicendum est igitur, quod hoc fuit impressorum vitio, quū illa verba principaliter & incidenter, postponi debeant, & sic dicere debemus: ratio est, quia licet officium iudicis hic imploretur, non tamen incidenter, immò principaliter: & hoc casu, ratio bene concludet cum dicto, quod de necessitate litis contestatio requiratur. Quidā verò ex dictis authorib. contrariū tenebant, per not. per Cy. in auth. si omnes, C. si minor ab hered. se abst. ex eo qđ in hac causa nihil dari vel fieri petitur à parte, ut vbi nihil dari vel fieri seu adiudicari vel auferri petitur, & summariè procedatur, litis contestatio non exigitur, ut not. per Innoc. & alios, in d. c. fin. & est decisio Rotæ 54. Si petitur in nouis. Nonnulli autem ex dictis authoribus dicebant, quod † quia iudicis officiū contra certā personā,

& sic contra certos creditores hic imploratur, litis contestatio requiritur. Imo l. Abb. & Fel. in d. c. dicunt, quod ubi iudicis officium principaliter contra certam personam imploratur, & plenaria causæ cognitio requiritur, libellus dari & litis contestatio fieri debet: si vero incidenter imploretur, litis contestatio non requiritur. In causa vero huius cessionis honorum, iudicis officium non incidenter, sed principaliter, imploratur, ut dictum est, ergo &c. Amplius dicit Spec. in §. fin. vers. sed queritur, vtrum in tit. ff. de offi. om. iud. quem allegat Rota in d. decif. 54. in fin. quod in omnibus causis in quib. iudicis officium imploratur, etiam in cognitione summaria litis contestatio requiritur, alij vero tenebant, in hac cessionis causa litis contest. non requiri, quoniam sit causa miserabilis, pro hoc adducebant tex. in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex peric. reci. & cum hac vlt. op. transit Aegi. ibi. Ego vero primam op. amplectendam censeo, quum in hac causa plena requiratur cognitio tam super debito nondum cognito, nec liquidato. ut vidimus supr. in 2. q. prin. quam etiam super paupertate probanda, & creditorum electione in admittendo debitorem ad bon. cessionem, vel ad quinquennalem dilationem, ut dicemus infr. in 21. & 25. q. & propterea concludo secundum Ab. in d. c. fin. circa f. quod aut iudicis officium incidenter imploratur, & lit. contestatio non est necessaria, nec libellus, aut principaliter imploratur, & tunc aut super liquido, ita quod non est necessaria causæ cognitio, & litis contestatio fieri non debet, aut super non liquido petitur, & tunc aut aduersarius est certus & praesens, & litis contestatio fieri, & libellus offerri debent, aut aduersarius est absens & certus, & tunc si aliquid in praedi-

iudicium partis dari vel fieri petitur, ut hic, quum in præjudicium creditorum ad bonorum cessionem admitti petatur, vel quinquennalis dilationis terminum sibi dari, iuxta text.in l..& fin.C.tit.no. & tunc litis contestatio exigitur, ut no.in gl.in d.c.fina.

## SV M MARIA.

- 1 Exceptio cessionis bonorum, litis contestationem & processum impedit, si debitum est liquidum, vel debtor paratus est illud agnoscere.
- 2 Cessio bonorum, litis contestationem non impedit quoad creditores post cessionem creatos.

Exceptio cessionis bonorum, an litis contestationem impedit.

## Quæstio 16. princ.

**D**ecimosextò principaliter quæro, † nūquid cessionis bonorū exceptio litis contestationem impedit? Respon. si debitum liquidum est, vel debtor extra iudicium illud cognoscere paratus est, litis contestationem & processum impedit. Bart.in l.penul.versic. Sed contra hoc. oppo.& ibi Angel.ff.titu.nostr.& est text.in l.ex contractu,& ibi not. Bart.& Salic.C. de bo.autho.iud.poss. Ange.in l.4.ff.titu.nost. & cum eis transit Ias.in §.fina.colum.pen.vers.nūquid autem cessio bonorum. Instit.de ac.& vidi mus suprà in 2.quæst.princip.num.e.5.vers.tu dic quod leges contrariæ. Quod intellige verum, quoad creditores ante cessionem creatos, secūs est in creditoribus, † qui post cessionem contraxerunt, quia illa cessionis exceptio, quoad eos,

O s debi-

debitori nō proderit, nec eis obstat, vt est text. à contrario sensu in d.l.ex contractu, & ibi Salic. in princip. in 2. quēst. & ita fuit determinatum in Capell. Tolosa. quēst. 136. Item fuit quēsitus, an exceptio cessionis bonorum.

## SVM MARIA.

- 1 Debitor qui bonis ceſſit, pro bonis quæ ante ceſſionem habebat, agere aut conueniri non potest, sed in poſteā quēſitis ſic.
- 2 Debitor ſi lite pendente ſuper iniuriarum actione cedit bonis, iudicium ſuper illa actione intentatū, amplius profequi non poterit.
- 3 Moratorium obtinens, ſicut à creditoribus conueniri non potest, ſic etiam contra alios agere non poterit.
- 4 Debitor qui in fraudem creditorum ceſſit bonis, non potest poſteā contra ſuos debitores agere.

Debitor qui ceſſit bonis, an agere, ſeu conueniri poſſit.

## Quēſtio 17. princ.

**D**ecimoſeptimò principaliter quāro, tāq; debitor qui bonis ceſſit, agere ſeu conueniri poſſit? Resp. quod pro bonis quæ ante cessionem habebat, neque agere, neque conueniri potest, ſecūs eſt in poſteā quēſitis, vt eſt text. in l. item ſi vnuſ. in princip. & ibi gloss. ff. de arbi. Vnde dicit Bald. quod actiones personales directæ, quæ penes cedētem remanent, inaneſ ſunt, nec ab eo moueri ſiue intentari poſſunt, & propterēa per illum tex. in Capel. Tolos, concludum fuit

fuit in quest. 249. Item fuit quæstum, si actor, † quod si super iniuriarum actione actor lite pendente cedat bonis, iudicium iniuriarum actione intentatum, amplius prosequi non poterit; qui cessiois exceptio ei semper obstabit, & etiam ipse poterit contra alios cessionem opponere, nisi circa bona post cessionem acquisita, conueniretur aut ageret. vt etiam decisum reperitur in Capel. Tolo. q. 136. Item fuit quæstum, an exceptio cessionis. & est tex. in l. 4. in princ. & in fi. ff. titul. nostr. & tradunt Mod. Ancha. in tract. de merc. in materia deoctorum in 3. par. nu. 14. † Idem procedere dicas in moratorium obtinente, que operatur quod sicut ille conueniri non potest, nec etiam contra alios agere valet, arg. tit. ff. quod quisque iur. & tradit Firm. in suo repertorio, in verb. moratoria, nume. 2. vbi allegat Bar. in l. fi. C. sent. resc. non posse. qui tamen nullum hoc facit verbum. † Adde etiam quod qui in fraudem creditorum cessit bonis, non potest postea contra suos debitores agere, vt est text. in l. imperatores. & ibi no. Alb. ff. de cur. bo. dan.

## SUMMARIA.

- 1 Creditores, facta bonorum cessione, propria auctoritate non possunt bona cessa occupare, nec inter diuidere & appropriare.  
Bona si per debitorem creditoris insolutum data fuerunt, ab eo auocari non poterunt eo.
- 2 Dominium in creditorem per dationem in solutum transfertur, si debitor est dominus: si vero non est, publiciana, & praescribendi causa transfertur.
- 3 Privilegium prioritatis anterioribus creditoribus per dationem bonorum in solutum non aufertur.

- \* *Creditores ex pacto & licentia per debitorē preſta, bonorum poſſeſſionem in ſolutum datorum propria authoritate ingredi poſſunt.*
- 5 *Licentia bonorum poſſeſſionem ingrediendi, dari poteſt in teſtamento per defunctū.*
- 6 *Cedens bonis, ante quām bona ſint vendita, remanet dominus*
- 7 *Creditores facta per debitorem bonorum ceſſione, an in eorum tenutam mitti debeant?*
- 8 *Titulus de bon. autho iud. poſſ. quomodo procedat. Creditor miſſus in poſſeſſionem bonorum, debitoris fit detentor & cuſtos, donec in poſſeſſionem ex ſecundo decreto miſſus fuerit, eod.*
- 9 *Creditores facta per debitorem bonorum ceſſione, iſtare debent bonis ceſſis curatorem dari.*
- 10 *Curator bonis ceſſis datus, bona vendit creditoribus proportione ſatisfacit, & contra cedentis debitores, actiones utiles exercet.*
- 11 *Curator bonis ceſſis datus, quas actio, intentare debeat?*
- 12 *Curator ventris ad bona conſeruanda & cuſtodienda datus, non intentat niſi perituras actiones.*
- 13 *Curator bonis ceſſis datus, actiones etiam non perituras intentat.*
- 14 *Curator bonis ceſſis datus, in quibus caſibus ab alijs tutoribus & curatoribus diſferat.*
- 15 *Actio qua datur curatori bonis cedentis, non eſt priuilegiata, ſeclus in tutoribus & alijs curatoribus.*
- 16 *Curator bonis ceſſis datus, actione mandati conuenit, alijs autem actione negotiorum gestorum utili*

vtili tenetur.

17 Curator bonis cessis datus, de dolo & lata culpa te-  
netur, alius verò de leui.

18 Curator bonis cessis datus, non iurat tempore inter-  
positi decreti, alius autem sic.

19 Curator qui datur bonis cessis, non inuitus, sed vo-  
lens datur, alius verò inuitus.

Tutela sicut agnatis qui succedere debent, sic &  
cura defertur, eod.

20 Tutor & curator in testamento datus, si tutelam  
gesit, non cogitur postea inuitus curam assu-  
mere.

21 Curator bonis cessis datus, agendo vel defendendo  
non cauet de rato, nec iudicatum solui, alias sic, si  
de eius cura non constaret, vel probabilis esset pre-  
sumptio, quòd curator non esset.

22 Curatores plures si bonis cessis dati sunt, etiam  
quòd vnuis non attingat, insolidum conuenitur, si-  
cūt ille qui attigerit, quod secus est in alijs tuto-  
ribus & curatoribus.

*Quod procedit, si vnuis ab alio conueniatur, quia a-  
ctionem se habere contra defunctum vel debitorem  
asserit: secus, si ad reddendum administrationis ra-  
tionem. eod.*

23 Curator bonis cessis datus, administrationis ratio-  
nem reddere tenetur, non illi qui bonis cessit, sed  
illis quorum interest, n: si dolum vel latam culpam  
in dictis bonis commiserit.

24 Curator adulto usq; ad triginta annos admini-  
strationis rationem reddere tenetur.

25 Curator bonis cessis datus, si sine inquisitione datus  
est,

*est, inuentarium facere, & fidei usorem dare tē netur.*

**26** *Curator si bonis cessis non reperitur, qui hanc eum suscipiat, quid agendum sit.*

Creditores, facta bonorum cessione, an possint propria authoritate bona cedentis occupare.

*Quest. 18. princip.*

- 1 **D**ecimo octauo principaliter quero, † facta bonorum cessione, an creditores bona debitoris occupare, & iure dominij retinere possint? Respondeo, quod cedenti nihil amoueri debet nec per iudicem, neq; per alium, nec creditores propria authoritate bona cessa occupare, nec inter eos dividere, & appropria-re possunt, text. est in l. legis Iuliæ. vbi Bartol. Bald. Angel. Salicet. & Paul. de Castr. C. titul. no-stro. immò si illa occupauerint, non obstante longi temporis præscriptione, poterunt ab eis auocari, nisi per debitorem ipsius creditoribus in solutum data fuissent, vt ibi in fine dicitur, tradit Hostien. in summa. titu. nostro, colum. i. versicul. sed nec creditores. & Bartol. in d.l. legis Iuliæ,
- 2 quem sequuntur omnes ibi, † nam isto casu debitor in creditores dominium transfert, & si nō est dominus, Publicianam, & præscribendi cau-
- 3 sam, † non tamen ptr hanc traditionem prioritatis, priuilegium anterioribus creditoribus au-fertur, argumen. l. final. §. & si præfatam. C. de iu-re deliber. vt voluit Baldus, & sequitur Salicet.
- 4 in dicta l. legis Iuliæ, † & poterunt creditores ex pacto

pacto licentia eis per debitorem data, possessionem  
 dictorum bonorum insolidum datorum, au-  
 thor. propria ingredi, quum inter eos tale pactū  
 valeat, ut ibi per eundem Bald. & Salicet. & ali-  
 quibus locis ex municipali dispositione etiam  
 absque pacto hoc facere possunt, † vt in nostro  
 Ariminensi statuto sub rub. de permissa cessione  
 bonorum disponitur. Quod extendunt ijdem  
 etiam in licentia per defunctum in eius testamen-  
 to tradita, l. Titia cum testamento. §. i. de legat. 2.  
 vt etiam affirmat Negusant. in tracta. de pignor.  
 in quarta par. colum. 10. versicu. tertia conclusio  
 est, nume. 12. per not. per Bart. in l. creditores, co-  
 lum. 3. in princip. in 2. quæst. principali. vbi etiam  
 Salic. in 5. colum. versicu. Quæro tertio. C. de pig.  
 † Interim ergo & antequam vendita fuerint bo-  
 na, cedens remaneat dominus, d. l. legis Iuliæ, & l.  
 3. ff. titu. nostr. & repetitur decisum in Capel. To-  
 los. quæst. 134. Item an cedens. † Facta igitur bo-  
 norum cessione, refert Pet. Iac. in sua practica, titu-  
 l. nostro. in 5. not. quod creditores in tenutam  
 illorum bonorum ponи debent, ut tangitur in ru-  
 bric. de bon. autho. iud. poss. Ego verò hoc non  
 benè dictum arbitror, quum in materia ab illo  
 titu. differenti simus, si enim hoc verum esset, se-  
 queretur quod necesse non esset, nec requirere-  
 tur bonis cedentis curatorem dari, ut infrà dice-  
 tur. Præterea titulus ille procedit, † quandò cre-  
 ditor in contumaciam debitoris se non defen-  
 dentis, mittitur in possessionem bonorum suo-  
 rum ex primo decreto, ut declarat Paul. in ru-  
 bric. C. si adu. vend. pign. & sic creditor fit de-  
 tentor, & illorum bonorum custos, donec in  
 possessionem ex secundo decreto debitore lati-  
 tante fuerit missus, cuius virtute posteā ad bono-  
 rum

rum venditionem proseliri poterit, vt est text. in l. in venditione. §. i. ff. de bon. authori. iudic. possid. & declarat Specu. in §. nunc dicamus, colum. 5. versicu. Illud autem. in titul. de secundo decreto. † Quod est secūs in casu nostro, quum facta pnr debitorem bonorum cessione, instare debeant creditores bonis cessis curatorem dari, vt est text. in l. final. ff. de curat. bon. dan. tradit Rofred. in tracta. libell. in rubric. de offic. iudic. quo cura. datur bon. colum. 3. verb. hac cessione facta. & firmat idem Petrus Iacob. in d. nota. versicu. item dabitur curator. vbi allegat d. l. fina. de cura. bon. dan. & l. 2. C. quandò fisc. vel priuat. Sequitur ergò quòd non mittuntur creditores in possessionem bonorum dicti cedentis, nisi iure municipali permittente, vt in nostro Arimi. statuto sub d. rubric. de promissa concess. bon. disponitur.

10. † Sed dabitur illis bonis curator, qui curator ea bona vendet creditoribus, & pro portione satisfaciet, vt d. l. fina. & contra debitores cedentis utilles actiones exercebit, l. de curatore, circa prin. ff. de cura. bo. dan. † Quas autem actiones curator ille intentare beat, gl. in d. l. de curatore. in verbo, rata habebuntur. dicit, quòd perituras intentabit. in perituriis verò se remittit ad l. creditore. in prin. ff. de bo. auth. iud. poss. vbi Alb. de Ro. distinguist: Aut cura ad bon. conseruanda datur, aut

11. creditoribus sol. † Primo casu quando ad conseruanda & custodiēda datur, vt est curator vētris, & ille nō intentat, nisi perituras, vt in d. l. creditore. cum concor. ibi traditis. Secundo casu quando ad bonorū distributionem datur, † seu vt creditoribus soluat, vt quia bonis debtor cessit, & tunc etiā nō perituras intētat, vt d. l. de curatore,

13. & l. prætor. §. his verbis. ff. de bo. autho. iud. poss.

Vel

Vel ut alij inquiunt quod quasi in idein recidit,  
 aut datur curator antequam bonis debitor ce-  
 dat, & tunc perituras tantum exercere potest, vt  
 d.l.de curatore.& d.S.his verbis. Aut datur post  
 quam bonis debitor cessit, & tunc quum bona  
 cessa vendere debeat, & inter creditores distri-  
 buere, etiam nō perituras actiones intentat, † vt  
 dictum est. Pro hoc facit l.Fulcinus. §. adeo. ff. ex  
 quib.causis in poss.ea.& tradit Spec.in §.cum au-  
 tem.col.4.vers.item curator ad litem.in titul.de  
 curat.† Scias tamē quod iste curator datus bonis  
 cedendis, ab alijs tutoribus & curatoribus dif-  
 fert. Primò, quia actio quæ in hunc datur, priui-  
 legiata non est: in alium vero, sic. l.idem priuale  
 gium. ff. de priuileg.cred. Secundò, † hic actione  
 mandati conuenitur. l.si mandauero. §. si procu-  
 rator. ff. mandati. alius vero negotiorum gestorū  
 vtili tenetur. l.curatores. C.de nego.gest. † Ter-  
 tiò, hic de dolo tantum & lata culpa tenetur. l.  
 prætor. §. est præterea. & l.in venditione. §. de eo  
 tempore. ff. de bo.auth.iud. pos. Alius autem de  
 leui.l.tutori. C.de neg.gest. † Quartò, hic tempo-  
 re interpositi decreti non iurat, ille vero sic. §. fi.  
 in Auth. vt hi qui oblig. habent res min. † Quintò  
 hic non inuitus, sed volens decernitur, nisi  
 magna necessitate imminentे, & tunc ex manda-  
 to iudicis.d.l.de curatore. §. quæritur. alius vero  
 inuitus creatur. §. quibus. Instit. de satisdatio.tu-  
 to. gl. in §. quæritur. in verbo, rata, & in verbo, in  
 uitum. & est ratio, quia sicut agnatis. qui succe-  
 dere debent, tutela defertur, sic & cura. l. fi. §. fin  
 autem testam. C.de cura.furio. tradit Spec. in d.  
 §. cum autem.col.1.vers. Sed nūquid mater. † Nisi  
 talis in testamento tūtor & curadatus fuisset. si  
 enim tutelam gessit, inuitus postea curam susci-  
 pere

pere non cogitur. §. qui tutelam. Insti. de excusa.

21 tuto. & curator. C. eod. tit. † Sextò hic agendo vel defendendo , de rata non cauet , nec iudicatum solui. l. actor. ff. rem ratam haber. alius sic , si de cura eius non constaret , vel probabilis esset præsumptio quod curator non esset , vt not. per glof.

22 in d. l. auctor. † Septimò , si plures curatores cōstituti & bonis cessis dati sunt , etiam quod vnuis nō attingat , insolidum conuenietur , sicut ille qui attigerit. d. l. de curatore. §. si tres , ex quo volentes & spontanei constituuntur , quod in alijs est secus , quum primo qui attigit , quam qui non attigit , conueniatur , vt not. in l. 2. C. de diui. tutel. in l. tutores qui post sententiam . §. curatores. ff. de admi. tuto. & argum. l. credito. §. duob. ff. manda. † Intellige sane , quod insolidum cōuenietur , si vnuis ex curatoribus bonis datis , ab aliquo cōueniatur , qui contra defunctum vel debitorem se actionem habere dicebat , si vero ad rationem reddendam conueniatur , tunc qui primo gessit , conuenietur , quam qui non administravit , prout in tutoribus & curatoribus dicitur , & ita obseruandum est secundum Rofred. in dicto tracta tu libel. in rubr. de offici. iud. quo cura. datur bo. in penul. col. vers. item quæritur , si plures. nu. 8. O

Et auò hic administrationis rationem , nō illi qui bonis cessit , sed alijs tantum , quorum interest , reddere tenetur. l. pen. ff. de cura. bon. dan. & no. in plures. eod. tit. nisi in dictis bonis aliquid do lo , vel lata culpa cōmiserit. d. l. prætor. §. est præterea. voluit Rofre. in d. rub. de offici. iud. quo cura. datur bon. col. fi. vers. Quæstio. Sed cui reddet rationem , & not. Pet. Iac. in d. 5. no. vers. item curator datus. † Quod secus est in alio curatore , q. a adulto , cuius bona administravit , rationem etiā post

post longum tempus annorum 20. & vsq; ad annos 30. reddere tenetur. l. maxime. & ibi no. ff. de admin. tutor. l. tutores. vbi Docto. C. arbit. tu. & tradit Boer. in deci. 59. Trés aut quatuor. in prin.  
 † Adde tamen, quod hic curator datus bonis cef-  
 sis, inuentarium facere tenetur, vt est tex. in l. i. §.  
 fi. ff. de ven. in poss. mitten. tradit Spec. in §. fi. col.  
 pen. vers. Opponitur autem in tit. de curato. An-  
 ge. in Auth. vt lice. matri & auiæ. ad finem prin-  
 cip. vers. fideiußione. vbi etiam teneat, quòd fi-  
 deiußorem præstare tenetur, vt l. fin. §. fin autem  
 testam. C. de cur. fur. † Intellige tamen esse verū,  
 si sine inquisitione datus est. tunc enim satisdat,  
 secus, si inquisitione, & tunc non satisdat, secun-  
 dum Spec. in d. §. fi. col. pen. circa fin. vers. Cur-  
 ator autem. Sed quid si post cessionem reperitur  
 nemo, qui curam hāc suscipiat, an dē illis bonis  
 inuentarium per aliquem fieri debeat, ne bona  
 dissipentur? Dic quod bonum erit vt iudex dictō  
 rum bonorum inuentarium faciat, vel quod ea  
 sequestantur, vel penes aliquem ad creditorū  
 instantiam deponantur: nec debitor ex hoc con-  
 queri poterit, quum ipse, ex quo cessit bonis, hoc  
 voluisse videatur, & sic velle videtur quod cre-  
 ditorum securitati prouideatur aliter, quòd eis  
 de bonis per ipsum relaxatis satisfiat, & si quid  
 de illis post creditorū satisfactionem super-  
 fuerit, habebit cedens: si vero ad satisfactionem  
 non erunt, creditores de bonis in posterum per  
 debitorem querendis satisfient. l. ex contractu.  
 C. de bo. auth. iud. poss. cum concord.

## S V M M A R I A.

- 1 Debitor an per bonorum cessionem à debito libere-  
 tur. & nu. 3.

**2** Exceptio inuentarij sententiam non perimit , aut elidit , quia est intentionis & facti exceptio , quæ contra sententiam non venit.

Debitor an à debito per bonorum cessionem liberetur.

*Questio 19. quartæ quest princip.*

**D**ecimonoно principaliter t̄ quæro , an debitor per bonorum cessionem à debito liberetur , ita quod amplius inquietari non possit? gloss. i. in l. vbi cunque. ff. de fidei us. tenet , cedentem bonis , ipso iure à ciuili obligatione liberari , remanente tamen naturali per text. in §. fin. Institut. de replica. idem tenere videtur glo. in c. sicut dignum. §. eos. in verbo , habeant. extr. de homici. quam gloss. i. sequitur Dyn. ibi per text. in l. hæres à debitore. §. quod si stipulatur. ff. de fidei us. idem firmat Rayn. de Forli. in l. i. Cod. titul. nostro. & ita tenet Nicol. de Neap. in §. fin. Institut. de action. Cyn. in d. l. i. opinionem d. gloss. tenere videtur , quod tollatur ciuilis , & naturalis remaneat: & si diceretur , ex sola naturali agi poterit: respondet ipse , hoc esse ob ciuiliis obligationis reliquias , quæ cum illa naturali fuerat , cuius calore iuuatur , sicut econtra ex sola ciuili agitur , quæ calores naturalis iuuatur , cuius concomitantiam habuit , vt in l. si vnu. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & ita euni refert Albe. in rubri. C. titu. nostro. in 2. col. in fin. vers. Secundum beneficium est. & ita tacito authore respondet Bal. in d. §. fin. col. fin. vers. vltierius quæ 10. Inst. de act. vbi etiam respondet ad l. ex cōtraetu. C. de bon. autho. iud. poss. dum in ea dicitur , quod

quod cedens bonis, ope exceptionis iuuatur, secundum eum, de facti vel intentionis exceptioē intelligi debet. prout inquit Anch. consi. 6. Viso themate. col. 2. post princi. vers. † Arbitratum est exceptione inuentarij, quæ sententiam non perimit, aut elidit, sed est intentionis & facti exceptio, quæ contra sententiā non venit, vt pulchrè scribit Negusan, in tract. de pigno. in 4. membro 5. partis. num. 10. vers. 2. conclusio. Angel. verò in d. l. 1. & in d. l. ex contractu, inquit, debitorē nec ipso iure nec ope exceptionis liberari: quia si ad pinguiorem peruerterit fortunam, exigī potest, deducto ne egeat. d. l. ex contractu, & l. 4. & l. qui bonis. & l. pen. ff. titul. nostro. Contrarium tamē tenet Bartol. in d. l. 1. in prin. & in d. l. ex contractu. † dicens debitorem non ipso iure, sed exceptionis ope liberari. & sequitur glo. in d. l. 1. quā inquit esse veram, quicquid dicat Dy. in d. l. vbi- cunq;. & hanc opin. probat per d. l. ex contractu, idem Bart. in d. l. qui bonis. tenet, à ciuili obliga- tione non liberari, quia post cessionem conueni- ri potest, & sic ciuilis obligatio non est sublata, & hanc refert esse veritatem, quamuis contrariū no. in d. l. vbi cunq;. Eandem opin. tenet Alb. in d. vers. Secundum beneficium est. vbi allegat Dyn. innuere, quod vtraq; tollatur ex eo, quod si rema- neret naturalis, cum ea remaneret & fideiussio- ria. concludit tamen Alb. ibi, quod vtraq; rema- net, & non liberatur cedens, nisi ope exceptiōis: quia exceptio actionem præsupponit, & quia si ad pinguiorem fortunam peruerterit, contra eum cum effectu agi potest. d. l. 4. & d. l. qui bonis, idem firmat Bal. in d. l. 1. in princ. dicens gl. in d. l. vbi cunq;. malē dicere. sequitur Sali. ibi prin. di- cens gl. in d. l. 1. communiter teneri per Doct. tam

iuris ciuilis, quam Canon. vt in c. Odoard. vbi I-  
mol. in 2. col. in prin. vers. vltimo no. extra, de fo-  
luti. & pro ea adducit text. in l. pen. in fin. C. titu.  
nostro. vbi si ad pinguiorem fortunam peruenie-  
rit, vult tex. quod ab eo ad modum debiti pro cre-  
ditorum satisfactiones euelli possit, & sic vult  
Sali. quod vtroque iure cedens exigi valeat, pro-  
ut prius exigi poterat, vnde datur intelligi quod  
ciuilis non est sublata, quia ex sola naturali actio  
non datur, & hoc confirmatur, quia bonorum  
cessio non tendit ad contradicendum actioi, nec  
obligationi. & propterea inquit tex. in dict. l. i.  
quod liberati non sunt, & quod nulla obligatio-  
ne liberentur, sed exceptione tantum tutus sit  
cedens bonis. tenet Bart. Ange. Imol. & Cuma.  
in d. l. vbi cunque. idem tenet Bal. in l. cum quis,  
in vlt. col. C. de iur. & fact. igno. & in l. tam man-  
datori. colum. 2. C. de non num. pec. Ang. in l. ne-  
mo carcerem. circa fin. C. de exact. trib. libr. io. idem  
etiam firmant Ioā. Fab. Aret. Iaf. & commu-  
niter Doctor. in d. §. fin. col. i. not. Insti. de action.  
& ita tenet Rota in decisio. 567. Vtrum possit. col.  
2. vers. tertius secundum quorundam opinio. in  
antiqu. dicens opin. gloss. in d. l. vbi cunque. sibi  
non placere, quia nec ciuilis, nec naturalis tol-  
litur, sed eius effectus differtur, donec cedens fa-  
tis facere valeat.

## SUMMARIA.

- 1 Renunciari cessionis bonorum beneficio an possit. &  
nu. 5. 9. 12. & 15.
- 2 Renunciari non potest iuri de futuro, nisi interue-  
nerit pactum.
- 3 Carcer quamvis non sit seruitus, est tamen una quasi  
species seruitutis. & nu. 6.

- 4 *Consuetudo & statutum, quod quis pro debito soluēdo obliget se ad carcerationē suæ personæ, valet & tenet. Statutū prohibens cessionē, an valeat. ibid. Pactum & statutum paribus passibus ambulant. eod.*
- 7 *Carceratio contra bonos mores esse non dicitur.*
- 8 *Maritus renunciare non potest beneficio quod habet, ne conueniatur ultra quam facere potest.*
- 10 *Renunciatio beneficij cessionis valet, accedente iuramento, nisi renunciantis mendicitas effet notoria, & nu. 10. sed contra, nu. 13.*
- 11 *Filius per pactum obligari non potest, vt à patre alimenta non petat.*  
*Pactum iuratum contra ius alimentorum non valet. ibid. (bet.*
- 12 *Carcer non ad pœnā sed ad custodiā tantū effet de-*
- 14 *Pactum, quod debitor ad carceres etiam publicos se obliget, in instrumento non valet & nu. 13*
- 16 *Partes facere nequeunt, quin solennitas & ordo seruari debeant.*  
*Processus ab executione inchoari non potest, sed requiritur quod libellus, litis contestatio, & sententia præcedant. eod.*  
*Libellus & citatio in ciuitatibus ad capturam præcedere debent. ibid.*
- 17 *Pactum, per quod conuenit debitor, vt si in termino, non soluerit, possit citatione & contumacia nō præcedente excommunicari, non valet.*
- 18 *Pactum, vt creditor liceat authoritate propria debitorem in termino non soluentem capere, non valet, etiam si iuratum sit.*

- 19 Pactum, quod scriptor in compedibus detineri possit, valet.  
*Glossa in l. stipulatio. § siue autem ff. de no. oper. nuncia. est communiter approbata, eod.*
- 20 Obses per pactum obligari potest, quod detineatur:  
*& pactum ob generalem consuetudinem valet.*
- 21 Redemptus ab hostibus pro pecunia, potest inuitus pro pecunia non restituta, a redimente retineri.
- 22 Debitor fugitiuus, per creditorem propria auctoritate capi potest.
- 23 Pactum quod debitor personaliter detineri non possit, valet & tenet,

**Debitor an renunciare possit beneficio cessionis bonorum.**

*Quæstio X X. quartæ quæst. princip.*

- V**igesimo principaliter quæro, † nunquid cessionis beneficio per debitorem renunciari possit, & sic valeat pactum, quod debitor non possit cedere bonis? *Dyn. in l. alia. §. eleganter, ff. solut. matrim. tenet quod non. idem tenet ibi Ray. de Forj. Bart. & Imol. qui allegant Authenticam, immo. C. de action. & obl. cum ibi no. per gl. idem Bar. in l. fi. ff. tit. nostro. Bald. in §. fin. col. fin. ad fin. Institut. de action. Alber. de Rosa. examinat latè in rub. C. titul. nostro. in 3. col. in princ. versic. Item quæritur, nunquid possit debitor renunciare. Angel. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribut. libr. 10. idem tenet & sequitur Salicet. in l. i. column. penultim. in 9. quæstion. C. tit. nostro. vbi varias Doctorum opin. adducit, † videlicet, aut est simplex renunciatio, & non valet,*

valer, qui est de iure futuro, cui renunciare non  
 potest. I. is qui haeres. ff. de acquiren. haredit. I. si  
 ita scriptum. §. 1. de lega. 2. & 1. i. C. de pact. Quod  
 autem sit de iure futuro, probatur. Nam ius ce-  
 dendi bonis, non competit nisi facta condemna-  
 tione, vel debito in iudicio agnito. I. pen. ff. titu.  
 nost. Aut est pacto admixta, & tunc valet, ut d. I.  
 1. C. de pact. Decius consil. 31. & pro tenui. col. 2.  
 versi. secundò non obstat, volum. 1. cum concor.  
 de quibus per Paris. consil. 93. finis & conuentio,  
 in princip. consil. 94. viso instrumento, nume. 28.  
 & consil. 95. est ferè, colum. 1. volum. 3. Ista op-  
 nio in primo membro, non placuit Iacobo de  
 Aretin. dicenti, simplicem renunciationem non  
 præjudicare, quando in contractu vel iuxta con-  
 tractum facta est, ut in legibus suprà allegatis.  
 Sed ubi in contractu facta sit, exempli gratia,  
 quia trecentum mutuo, & acceptans cessionis  
 bonorum beneficio renunciat, tunc valere de-  
 beat, tum quia robur & efficaciam ex contractus  
 cohærentia, veluti pactum nudum assumit. I. iuri-  
 sgentium. §. quinimmo. ff. de pactis. tum quia  
 parte præsente fit, ideò contra cessionem sal-  
 tem per replicationem ei parere debet, argum. I.  
 tale pactum, cum similibus. ff. de pactis. & ideò  
 ipse dixit, quod siue per pactum, siue simplici-  
 ter in ipso contractu, vel iuxta illum, facta sit,  
 valet, per I. si quis in conscribendo. C. eo. ubi ex  
 interuallo à contractu facta sit, quod non vale-  
 at, seu renuncianti non noceat. Non obstat se-  
 cundùm eum text. in I. si vnu. §. pactus ne pete-  
 ret. ff. eod. ibi enim pactum ex interuallo factū,  
 quoad replicationem prodest, quia ibi per con-  
 trarium pactum elisa est per exceptionem actio,  
 quod non est in casu nostro: ideò inquit, si renū-

ciatio condemnationis tempore fiat, quod non nocet, quasi ex interuallo facta. Dyn. autem dixit, quod siue simpliciter, siue per pactum in contractu, vel iuxta contractum fiat, non nocet. Primum, quia carcer, qui ad custodiam inuentus est, 1. aut damnum. §. solent. ff. de poenit. & c. quamuis cum concord. ibi per gloss. relatis, eod. titul. in 6. nunc erit ad poenam per pactum inducendam. † Sed quia pactum est contra bonos mores & naturalem aequitatem, quia contra humanitatem, igitur valere non debet. d. §. eleganter. Tertiò, quia inuitus in carcerem deducitur, ut perpetuo retineatur, sed quamvis haec non sit seruitus, ut inquit gloss. si. in l. i. C. tit. nost. est tamen vna quasi seruitus, & seruitutis species, ad quam se obligauit. l. 2. ff. de lib. exhib. Alexand. consil. 133. circa executionem, in princ. volum. 6' ergo non est admittenda, argum. l. duobus. & l. ob. a. s. C. de act. & obligat. Quartum addit Salic. quia creditor de duritia, quæ à iure reprobata est, & contra bonos mores, redarguitur, ut l. seruus ea lege. ff. de seru. export. & quia nihil agit, nisi ut efficiatur debitor, igitur non est audiendum. l. in fundo. cum similib. ff. de rei vend. Item quia liberi hominis caro & corium in commercium inclusionis carcerum, ad petitionem & creditoris voluntatem per indirectum deduci videatur, contra l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. & haec omnia votum captandæ mortis illius debitoris inducunt. contra l. fin. C. de pact. & hanc opinionem tenet Richar. Malumb. vt refert Cyn. in d. l. i. in vlt. quæst. C. tit. nost. qui etiam illam tanquam humaniorem sequitur. hoc idem tenet Iac. de Belui. in §. quod autem, in Authen. de fidei usq. & hanc partem tanquam humaniorem

niorem amplectuntur communiter Canon. in c.  
Odoard. de solut. vt attestatur Ripa in l. obliga-  
tione, colum. 6. num. 30. versi. supereft vt exami-  
nemus. ff. de pignor. idem firmat Anton. de Butr.  
in c. cum contingat, colum. 4. de iureiu. Eandem  
opin. sequitur Petr. Iac. in sua pract. tit. nostr. lo-  
lum. pen. & fi. in 10. not. † Nisi in locis, vbi cou-  
suetudo viget, vel statutum, quod quis pro debi-  
to soluendo se ad suæ personæ carceratione ob-  
liget. talis enim consuetudo & statutum valet  
& tenet, argum. l. omnes populi. ff. de iust. & iur.  
& l. de quib. de legib. & c. i. de constit. in 6. non  
tamen hoc casu prohiberi poterit, quin bonis ce-  
dere valeat, ne in carcerem detrudatur, secun-  
dum Bald. in l. i. colum. 2. in prin. versic. quæro, si  
statutum dicit. C. tit. nostr. & vidimus suprà in 3.  
quæst. principia. num. 4. versi. & prædicta in tan-  
tum sunt vera. Quinimò si extaret statutum, pro-  
ut extat Genuæ ac Pistorij, bonorum cessionem  
prohibens, non valeret, ex quo perpetuam indu-  
ceret seruitutem, & contra bonos mores esset,  
vt est pactum, & quod per pactum fieri non po-  
test, non potest etiam per statutum fieri, quum  
pactum & statutum paribus passibus ambulent,  
gloss. est ordin. in Rubr. C. de decre. decur. lib. 10.  
& declarat Euerard. in tractatu de modo argu.  
argumen. 89. de pacto ad statutum. quamuis Al-  
ber. Pap. quem refert & sequitur Angel. in l. tale  
pactum. §. qui procurauit, colum. pen. vers. dein-  
dè quæro, sub nu. 27. & 28. ff. de pac. teneat dictum  
statutum valere, licet durissimum sit. l. prospe-  
xit, in prin. ff. qui & à quib. maximè rectori, qui  
statuta seruare iurauit. Hoc tamen intellige se-  
cundum Barto. Veronen. in l. quod si nolit. §. qui  
assidua, col. 3. vers. & adde quod licet. ff. de ædil.  
edict.

236      T R A C T . M A T T H . B R V N I  
edict. quod quamvis seruare statuta iurauerit, ei  
tamen licitum est illa ex causa transgredi, quum  
hoc facit, ut multorum salus procuretur. absur-  
dum est enim statuta pro publica utilitate facta,  
contra utilitatem publicam seruare. supradicta  
opinionem etiam sequitur Aretin. in d. §. fina. in  
vlt. colum. Instit. de actio. vbi allegat Raph. in d.  
§. eleganter dicentem, opin. Bartol. esse commu-  
nem. eandem etiam simpliciter sequuntur Car-  
din. & Imol. in c. lator, colum. 4. in fin. versicul.  
sed iuxta praedicta queri potest, num. 18. cum se-  
quen. de pignor. & idem Imo. in d. c. Odoard. co-  
Jum. 2. in si. ver. sed iuxta praedicta queri potest,  
num. 22. & eam pluribus argumentis sustinere  
conatur Paul. de Leaza. in sua disputa. incip. pri-  
mò queritur, vtrum. in 3. dub. Idem tenet Maria.  
Socin. in c. si diligenti, colum. 2. ad fin. vers. quin-  
tò infertur, extrà. de foro compet. & ita fuit de-  
cisum in Palam. Delphin. vt refert Guid. Pap. in  
decis. 21. debitor non potest. & nouissimè Bero.  
in lib. quæst. famil. quæst. 133. Papa. colum. fi. vers.  
suadentur præmissa. vbi addit etiam, si iuramen-  
tum interuenisset, à quo dicit recedi posse, etiā  
non obtenta licentia & absolutione superioris.  
hoc tamen ultimum non tenet Henric. de Boen.  
in repet. Authent. sacramenta puberum. C. si ad-  
uers. vendit, quem refert & sequitur Guid. Pap.  
in decis. 234. item fuit dubitatum, ibi similiter e-  
tiam de eo. Idem firmat Curia Tholos. quest. 258.  
item fuit quæsitum. Sacer & socrus, in sacerdo &  
socrus beneficium habentibus, ut nō conueniantur  
ultrà quam facere possint, si in instrumento  
promissionis dotis, dotem soluere iurauerunt,  
& conueniantur, de dicto beneficio excipere nō  
possunt, nisi prius absolutione à iuramento ob-  
tinue-

tinuerint, & prædictam opinionem inquit Alb.  
 in d. Rub. C. tit. nostr. in vlt. colum. num. 13. vidis-  
 se cōmuniter approbari, & pluries de facto ob-  
 tinuisse. † Contraria opiniō tenet Angel.  
 & latē Roman. per multas rationes & fundamen-  
 ta, in d. §. eleganter. Idēm consuluit Fred. de Se-  
 nis consi. 60. quod pactum. & idem tenet Imo. in  
 d. c. cūm contingat, in 1. & 10. membr. principali,  
 in 12. fol. vers. item aduerte quia per prædicta. &  
 sentit in c. ex rescripto, extr. de iureiu. & hæc o-  
 pinio verior videtur secundūni Alexand. in d. §.  
 eleganter, colum. 4. in prin. & Ripam in d. l. obli-  
 gatione, nu. 30. quam etiam tenet & sequitur Fe-  
 lin. in d. c. ex rescripto, colum. 3. vers. & ista indu-  
 cuntur, num. 9. in d. c. si diligenti, colum. 1. versi.  
 Tertium corollarium. Quia fauori pro se intro-  
 ducto quilibet renunciare potest, d. l. si quis in  
 conscribendo. & 1. paētum inter. ff. de paēt. Item  
 quia si per acceptationem quinquennialis dilati-  
 onis tacitæ cessionis beneficio debitor renunci-  
 are videtur, l. fin. cum sua gloss. C. tit. nost. quan-  
 tò magis expressè renunciare potest ? argum. I.  
 cūm quid, cum concord. ibi cita. ff. si cert. petat.  
 † Non obst. secundūm eum, quòd ad seruitutem  
 vel ad quandam eius speciem se obligare vide-  
 atur, vt dictum est suprà, quia hoc nō est verum,  
 vt dicunt gloss. & Doct. in d. l. i. postquam debi-  
 tor lege permittente carceratur. Nec est verum,  
 quòd sit contra bonos mores : quia, vt inquit  
 Bart. in l. Titio centum §. Titio centum relict. ff.  
 de condit. & demonstrat. † illud in carcere pri-  
 uato procedit, secūs si iudicis authoritate, quia  
 tunc contra bonos mores esse non dicitur : & si  
 contra bonos mores esset carceratio, à lege in-  
 ducta non fuisset, vt inquit Feli. in d. c. ex rescri-  
 pto,

- pto, colum.4. post Alexand. in d. §. eleganter, co-  
 8 lum.4. versi. nam si carceratio. † & quamvis be-  
 neficio, ne maritus conueniatur vlt̄rā quām fa-  
 cere possit, renunciare nequeat, illud est specia-  
 le fauore personæ, cui reuerentia debetur, vt est  
 tex. in d. §. eleganter. & in l. vnic. §. cūm autem in  
 exactio. C. de rei vx. actio. quod est in alijs se-  
 cūs, secundūm gl. & Alexan. in d. §. eleganter, d.  
 versi. nam & si carcerati. & in l. si conuenerit, co-  
 lum. pen. in prin. vers. vlt̄riū quærit gl. ff. de re  
 iud. Eandem opin. quòd tale pactum & renunci-  
 atio, † maximè accedente iuramento, valeat, te-  
 net & sequitur Marian. Socin. in tract. de citatio.  
 17. art. colum.4. versi. sed dicit Ioan. And. num. 18.  
 & ita fuisse decisum reperio in Capell. Tholos.  
 q. 61. item fuit quæsitum, an cessioni bonorum. &  
 10) ita consuluit Abb. conf. 42. in quæsti. Dominici,  
 in 2. par. sequendo Fred. de Sen. d. conf. 60. † Nisi  
 esset notoria & manifesta mendicitas, vt si debi-  
 tor creditoribus solutum solueret, mendicare  
 cogeretur: quo casu pactum, etiam si esset iura-  
 mento firmatum, non teneret: quia contra ius al-  
 limentorum esse videretur, quum per tale pactū  
 in solidum tenerntur, non deducere ne egeret,  
 11) quòd non admittitur, prout in filio dicitur, † qui  
 per pactum, vt à patre alimenta non petat, obli-  
 gari non potest. allegat not. per Specu. in §. 1. co-  
 lum. 3. versic, sed pone, quidam emancipauit, in  
 tit. qui filij sint legiti. & facit text. in c. cūm qui-  
 dam. §. fina. & ibi not. Bald. & Felin. extr. de iure  
 iur. & idem Felin. tradit in d. c. si diligent, col. 2.  
 in princip. versi. tamen si calamitas. cum versic.  
 12) sequen. vbi habetur, † quòd pactum iuratū con-  
 tra ius alimentorum non valet, nec tenet. Supra-  
 dictam quæstionem examinat latè Bald. in d. l. 1.  
 colum.

colum. penult. versi. quærunt Dd. C. titu. nostr. & tandem supradictas opin. ad concordiam reducere conatur: videlicet, aut quæritur, quantum ad carceris effectum, vt debitor cessioni bonorū renunciando, carceres non aufugiat: & tunc renunciatione non valet, quia creditoris non interest, débitorem in carcere mori: carcer enim nō ad poenam, sed ad custodiam esse debet, d.l. aut damnum. § solent ff. de poenis. l. verum est. ff. de verbis. significat. & l. . & 2. C. de custodia reorum. cum vulga. Aut quæritur, quantum ad cessionis effectum, vt in bonis postea quæsitum teneatur etiam in solidum, non deducto ne egeat, & hoc casu pactum & renunciatio valet, quia hoc turpitudinem non continet: vndē secundūm eum, quicquid debitor de die in diem lucrabitur, creditori assignare cogetur, saluo tamē necessario vietu, qui laborantibus subtrahi non potest, vel à petitione diurnarum operarum abstinebit creditor, l. suo vietu. ff. de oper. libert. Cum hac concordia transit Raphael in dicto §, eleganter. videlicet, quòd dicta renunciatio valet, quoad hoc, vt in solidum soluere cogatur, deducto ne egeat, non autem vt in carcerem detruidi possit. & hoc afferit esse verum, præsertim si iuramentum interuenisset, vt etiam sequitur Ripa in d.l. obligatione, sub num. 33. versicul. tertio declara. Eām quoque concordiam sequitur Aretin. in d. §. final. & Guid. Pap. in d. decisi. 211. in princip. & Vital. in tracta. clausula. in Rubri. an possit renunci. beneficio cess. bon. colum. 1. ad fin. versic. tu considerando has opin. vbi plenè & latius quam alter hanc quæstionem examinat, quamuis Alexan. in d. §. eleganter, colum. 4. versi. alij in hoc artic. improbet eam. † Et ita se-

cundūm hanc concordiam & distinctionem determinant Domini de Rota in decis. 167. vtrūm possit, in antiqu. vbi latè hunc articulum examinant, & tandem concludunt secun. sup. dictā distinctā quamuis Baldum non allegent, dictā renunciationem ampliantes, quòd affectum nō evitandi carceres, non valere, etiam si iuramento firmata fuisset, vti per carceris intrusionē multa sequi poslunt inconuenientia, de quibus ibi. sed vbi ex aliqua humanitate fieret intrusio, iuxta d.l. nemo carcerem. C. de exāct. tribut. libr. 10. & ex ea creditoris commodum sequi posset, vt ipsi exemplificant, talis renunciatio præiudicaret, & sic cedendo se liberare non posset, quominus in carcerem detrudi posset, dum tamen ex tali intrusione adeò sibi nō adimeretur libertas, quo minus posset Ecclesiastica Sacra menta percipere, & saluti animæ suæ incumbentia facere, ne aliquod salutis æternæ præiudicium incurrere posset, nec nimia inhumanitas vel crudelitas sequi posset, & hanc concordiam ego etiam amplector, veluti humaniorem, & iuri ac æquitati consonam, & eam quoque tenet Rota in decis. 177. not. quòd secundūm aliquos. & in decis. 211. no. quòd quis mediante, in antiqu. vbi etiam in clericō loquitur, qui renunciare non potest beneficio, ne conueniatur vlt̄rā quām facere potest. eam etiam sequitur Aufr. in addit. ad Capel. Tholof. d. quæst. 61. † Tenendo tamen primam opinionem, quòd non valeat paētum, quòd debitor bonis cedere nequeat: fallit tamen in multis casib⁹, relatis per Socin. in tracta. fall. in regul. paētum quòd debitor. vbi quatuordecim caus⁹ congerit, quos, ne transplantare videar, ad ipsum te remitto, quamuis illos hoc in opere multis

multis locis inuenies. † Stante igitur supradicta conclusione, quod renunciatio non valeat, nec pactum, casu quo non euitaretur carcer, prout etiam in nostro Ariminensi statuto disponitur, sub Rub. de cess. bonor. quod quilibet bonis cedere possit, etiam si per pactum, vel alio quocunque modo, etiam cum sacramenta se obligasset, posse personaliter detineri, & etiam quod cum iuramento fuisset bonorum cessioni renunciatum, ut etiam ad aliud propositum allegauimus suprà in 3. quæst. principali, sub num. 4. Inferri videtur, quod etiam non valeat pactum, quod debitor obliget se in instrumento ad carceres, ita inquit Angel. in Authent. vt non fiant pigno. in fin. per text. in l. ob æs. C. de acti. & ob. ligat. Idem Angel. Imo. Roman. & Alexand. d. §. eleganter, in 3. colum. in princip. versi. ex prædictis. Imo. in d. c. cùm contingat. Bald. in d. l. Titio centum. §. Titio centum. il. 2. de condi. & demonstrat. vbi limitat non valere quoad creditoris carceres, & sic priuati, quia contra bonos mores est, sed benè valet, quoad quis se obligat ad carcerem iudicis, scilicet, quod si non soluit, possit absque processu vel condemnatione carcerari, & refert ita consuluisse Dyn. & hoc ponit Cyn. in l. l. C. de liber. homin. exhib. idem Bald. firmat hoc in d. §. eleganter. vbi allegat in argum. text. in l. fin. C. de decurio. libr. 10. qui text. secundum Alexand. nihil facit, quia in casu speciali loquitur, quando iudicis copia haberi non potest, sicut dicitur in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. Ange. in d. §. eleganter. refert dictum Bald. & illud in priuato carcere fatetur, quia nemo est suorum membrorum dominus. l. liber hoc. ff. ad leg. Aquil. Ad carcere in autem

publicum similiter fatetur illud verum, quia etiam sine pacto debitor carcerari potest, si non soluit. l. i. C. tit. nosf. Sed, inquit, non posse se obligare, nec pacisci, ut auctoritate propria creditoris capi possit, & ad publicos carceres duci, tamen si subfisteret causa, per quam de iure communii propria auctoritate capere sibi liceat, ut in fugitiuo cum pecunia, & copia iudicis tunc in promptu haberi non posset, iuribus ibi per eum allegatis. Sed Imol. & Rom. in d. §. eleganter. & Imo. in d. §. Titio centum. il. 2. simpliciter tenet, quod ad carcerem etiam publicum debitor se obligare non possit, nec virtute dicti pacti debitor capi & carcerari poterit, etiam per publicos officiales. idem tenet Imo. in d. c. cum contingat. & est communis opin. ut attestatur Felin. in d. c. ex rescripto, colum. 4. versi. ista etiam faciunt. Tum quia debitor non est suorum membrorum dominus. d. I. liber homo. & quis se obligare non potest ad id, quod est seruitutis species. d. §. Titio centum. il. 2.

Tum etiam, tamen quia partes facere non possunt, quin solennitas & iudiciorum ordo seruari debeat, ut per glo. in c. de cauf. de offic. delegat. not. in Clement. s. p. in verb. necessario, de verbis. significat. in l. i. C. de execut. rei iudic. & habetur per scribentes in Authen. offeratur. C. de lit. contesta. sed de iure ab executione processus inchoari non potest, sed requiriatur, quod libellus, litis contestatio, & sententia præcedat. d. I. i. de execut. rei iudic. & in l. si cum nulla. ff. de re iudic. & ad capturam in ciuilibus citatio & libellus præcedere debet, ut probatur in l. consentaneum. & ibi Bart. & Dd. C. quomo & quand. iudex. & tradit Bart. in l. ex eo. ff. ad legem Iul. pecul. & ita per has rationes tenuit An-  
gel.

gel. in l. nemo potest, de legat. i. ad quem se refert Alexand. Pro quibus adducunt Alexand. & Felin. ut suprà, solenne dictum Inno. & Hostien. in c. P. & G. de offi. delega. tenentium non valere conuentionem, per quam debitor cōuenit, quod si in termino non soluerit, excommunicari possit, citatiōe & cōtumacia nō præcedente: & sic non seruata forma decretalis. sacro. extr. de sentent. excommun. & prædictis etiam infertur, secundūm Dyn. Bar. & Alex. in d. l. eleganter, in z. colum. in princip. versi. item allegatur. & Felin. in d. c. ex rescripto, colum. 4. vers. similiter valet. non valere pactum, quod creditor i liceat authōritate propria debitorem in termino non soluē tem capere. idem affirmat Bald. in Authent. sacramenta puberum, colum. i. C. si aduers. vendit. vbi ampliat, etiam si sit iuratum. Specula. tamen in i. colum. antepen. vers. item est beneficium, in tit. de renuncia. & concl. tenet hoc non procedere in scriptore, qui certo loco stare, & librū scribere promisit, quia pactum valebit, quod in compedibus detineri possit, iuxtagl. in l. stipulatio. §. siue autem. & ibi Dd. ff. de noui ope. nunciat: Illa gl. tamen communiter reprobatur secundūm Alexan. in d. l. eleganter, in z. colum. circa fin. & Ias. in d. §. fin. colum. 3. vers. tertio fallit. sub num. 12. Instit. de a&t. Sed idem Alex. in l. stipulationes non diuiduntur, in pen. col. sub num. 29. de verb. oblig. allegat Imo. in c. z. ext. de pign. dicentem glos. illam communiter approbatam, quam etiam inquit Bald. in l. nec patronus, in fi. C. de ope. liber. veram esse, & locum habere in scribente libros legales, non autem in scribente libros Bocatij, vel similes. † Item fallit in obside 20 ob generalem cōsuetudinē. alleg. tex. in d. c. ex.

rescript. & not. in l. diuus. ff. de iure fisi. & in l. ob-  
 sid. ff. de testament. Fallit etiam in eo, qui pecu-  
 nia tu redemptus fuit ab hostibus, quia pro tali  
 pecunia non restituta, potest à redimente inui-  
 tus retineri, secundum Ang. in d.l. nemo carce-  
 rem, per l. fin. C. de postlim. reuer. † Item fallit  
 in debitore fugitiuo, secundum Bald. in d.c. ex  
 rescripto. Nam hoc fit lege permittenre. d. l. ait  
 prætor. §. si debitorem. & subdit Bald. & Feli. in  
 d.c. ex rescripto prior. in 2. colum. versic. quæro,  
 vtrum teneat, aliter in antepen. colum. ver. item  
 23 fallit in eo. sub num. 12. quod à tu contrario valet  
 pa&tum, debitorem personaliter detineri non  
 poss. per l. si conuenerit. ff. de re iudic. & d.c. O-  
 doardus, de solution.

## S V M M A R I A.

- 1 *Cessio bonorum per creditores, quinquennalem dilationem debitori concedere volentes, impediri non potest. & num. 2. & 4.*
- 2 *Electio creditoribus datur à debitore, si vult.*
- 3 *Alternativa inter beneficia si defert electionem beneficiato.*
- 5 *Regula l. Lucio. de lega. 2. & l quod in hæredem. §. eligere, de tribut. act. quomodo procedat.*
- 6 *Lex fin. C. qui bon. cede. poss. quomodo procedat.*
- 2 *Maior pars creditorum quinquennales dilations indulgere potest, etiam in præiudicium creditorū bona hypothecata habentium.*

Creditores an impedire possint debitorem  
volentem cedere bonis, per datio-  
nem quinquennalis dilatio-  
nis, & quibus detur  
electio.

*Quæstio XXI. principal.*

**V**igesimoprimum principaliter querro, t debitor conuentus in iudicio debitum agnoscentes, vult cedere bonis: creditores verò nolunt, sed potius ei inducias ad solendum quinquennales indulgere volunt, ad quam dilationem concedendam, vel ad componendum cum debitore communi, omnes creditores pro certa die & hora moneri debent, quod in certo loco debeant super hoc conueniri, quia omnes in unum conuenire debent, iuxta l. fina. C. tit. nostr. & tunc quod maior creditorum pars determinauerit, alijs præjudicat, non tantum præsentibus, sed etiam absentibus citatis, dummodò tamen sit maior pars ipsorum, iuxta l. maiorem, cum ibi nota. ff. de paet. & argu. eorum, quæ not. per Feli. & Dd. in c. cum omnes, extra, de constitut. & per ea, quæ tradit Ias. post alios in l. & suum hæredem. §. hodiè, quem legit cum l. iurisgentium, colum. 2. in princ. versi. videndum est. ff. de paet. & Alexan. consil. 205. visis his, in princip. vclum. 2. t An per hunc modum cessionem impedire valeant? Videbatur dicendum, quod sic, per text. in d. l. fin. in princip. quæ vult, quod creditoribus detur electio. In contrarium est veritas, quia ab ipso debitore creditoribus datur electio, si vult, & non aliter, secund. gloss. Bartolus & Angel. in d. l. fina. dicentes, quod debi-

tor creditoribus dicit, vel date mihi inducias,  
aut cedam bonis: & ideo creditoribus præfertur  
debitor, quia tale beneficium ipso iure à lege  
absque facto creditorum, immò contra eorum  
voluntatem sibi conceditur, vt l.i.C.tit.nostr. &  
sic bonorum cessionem impedire nequeunt. ita  
inquit Salicet, in d.l.final.versic. quæro, debitor  
conuentus. quem sequitur Areti. in §.fin.colum.  
3. in fin.versi. quæro, debitor vult cedere bonis,

Institut.de actio. Bald. verò in d.l.fina. post prin-  
cip. versicul. quæro, cui datur electio. vult quòd  
hæc electio debitori detur.

† Quia alternativa  
inter beneficia electionem beneficiato defert,  
vt not. in l.Lucio, de legat. 2. l. quòd in hæredem.  
§. eligere, de tribut.act. & in l.si empt. §.fin.ff. de  
contrahen.empt. cum similib. traditis per Felin.  
in c. inter cæteras, in vlt.colum. de rescin. & hoc  
intelligit esse verum, quando inter creditores  
est discordia, & inter eos est utriusque partis pa-  
rilitas, alioquin omnium creditorum vel maio-  
ris eorum partis est electio, utrum quinquenna-  
les inducias concedere velint, vel bonorum ces-  
sionem recipere, & si quinquennalem dilationem

4 indulgere velint, † non poterit debitor cedere  
bonis, sed dilationem acceptare tenetur. Rôma.  
autem conf. 349. circa primum, col. 1. vers. quoad  
secundum. reputet hoc dictum Baldi falsissimū,  
quia est contra casum d.l.fin.volentis, quòd ex-  
istente omnimoda inter creditores paritate, hu-  
maniorem sententiam præferri illam, quæ indu-  
ciarum concessionem amplectitur, & sicquum  
in hoc casu lex disponat, consequens est ut eli-  
gens disponere non possit, in cuius potestate nō  
est, iuris publici mutare statuta. l.ius publicum.  
ff. de pact. & l.vterque §. priuatorum. ff. de regu.  
iur.

iur. cum similib. & l. Lucio. & ad l. quòd in hæredem. respondet, t̄ regulam illam non procedere eo casu, quo vnum ex alternatiis à debitoris po restate non dependet, sed creditoris, vt est hoc casu concessum quinquennalibus inducijs, quas debitor solus sibi statuere non potest, vel alius sine legitimo mandato: ideò d.l.fin. t̄ vult electi onem creditoribus à debitore conferri, qui alterna tia petere debet, dicendo, paratus sum cedere, vel post quinquennium, si mihi dilatio nem quinquennalem concesseritis, soluere. Ad uerte tamen, quòd Collegiū Perusi. consil. 213. Simon & Iac. circa fin. versi. sed ad id quod dici tur. inter conf. Ang. mouet hoc dubium, cui cessionis bonorum vel dilationis quinquennalis ele ctio competit, & ibi Cyn. allegat in d.l.final, quod est debitoris ele ctio, an velit bonis cede re, vel dilationem quinquenalem habere, & secundūm hanc opinionem inquit, quòd sequere tur, quòd creditores super dilatione quinquen nali nihil disponere possent. Sed contrariū de terminat, quòd creditoribus ele ctio competit, per glost. in d.l.fin. & probatur per tex. ibi sic inducendo Nam ibi statur maioris partis voluntati. ergo creditoribus ele ctio competit, quorū est voluntas: nam etsi debitoribus ele ctio com peteret, non consideraretur creditorum volun tas, sed ipsius creditoris voluntas & ele ctio. & refert, quòd hoc non ponderauit Cy. qui cōtra rium scripsit in d.l.fin. Hoc idem firmat Baptist. de S. Blasio in tract. de privileg. dotali, in 260. pri uil. nu. 60. Ego autem dico verum esse, quòd cre ditoribus datur ele ctio, sed hoc postquā debitor exposuerit, an creditores ei dilationē qninquen nalem aut bonorum cessionē indulgere velint,

& ita declarat gloss.in d.l.fin. super verb.detur,  
 quam sequitur ibi Bartol.Ang.Salic. & commu-  
 niter Dd. Facta igitur per debitorem dicta obla-  
 tione, siquidem creditores consulendo vnum e-  
 ligant, benè est: si verò inter se dissenserint, sta-  
 tur maioris partis iudicio, vt consuluit prædi-  
 etum Collegium Perusin.vbi sup.in prin. & illa  
 maior pars minori præiudicare poterit. ad vali-  
 dandum tamen hoc pactum super quinquenna-  
 li dilatione , in qua maior pars creditorum vo-  
 catorum, & in vnum locum conuentorum con-  
 sensit, etiam si minor pars contradicat, vel inter-  
 esse noluerit, illud pactum, & illa quinquenna-  
 lis dilatio per maiorem partem creditorum cō-  
 cessit, superioris decreto roborari debet. d.l.&  
 suum hæredem. & hodiè, de pæct. Nam siue super  
 debiti remissione de pacto agatur, ad illud vali-  
 dandum, Prætoris decretum requiritur, vt per  
 illud pactum alijs creditoribus contradictentib.  
 præiudicetur, vt d. S. hodiè. siue super quinque-  
 nali dilatione de pacto agatur, idem prætoris  
 decretum requiritur, vt d.l.f. C. tit. nost. vbi su-  
 perioris officium super hoc imploratur, vt ibi  
 dicit text.in prin.& ita tenet Collegium prædi-  
 etum, d. cons. 213, post princip.& maior pars pri-  
 mò secundùm debiti cumulum intelligitur: se-  
 cundo iuxta personarum numerum: tertio, si o-  
 mnia æqualia sint: humanior eorum sententia,  
 qui inducias indulgent quinquennales, & cef-  
 sionem respuunt, erit præferenda, neq; hypothe-  
 carij creditores à chirographarijs, quantum ad  
 hanc electionem, distinguuntur: secus, si in-  
 ter creditores tractetur, vt certa debiti por-  
 tione contenti sint: tunc enim per chirographa-  
 rios, quamuis in cumulo debiti, vel personarum  
 nume-

numero præponderent, hypothecarijs non præjudicatur, tquin ipsi bonorum hypothecatorum possessorem semper conuenire valeant. ita est tex. in d.l.fin. & declarat Azo in summa. C. titul. nost. in fin. Hostien. in summa. eod. tit. col. i. vers. quid si plures sunt. & Rom. vbi supr. Attende tamen, maior pars quinquennales dilationes concedere potest, etiam in præjudicium creditorū bona hypothecata habentium, qui bonorum hypothecatorum possessorem semper conuenire possunt. d.l. fi. tradit Alex. in d.l. & suuī hæredē. §. hodiè tamen. col. 2. vers. istud tamen non habet locum. ff. de pactis.

## SUMMARIA.

- 1 Creditores certam debitori partem remittere volentes, ne ipse fugam arripiat, & ne in cessione per seueret, an paucioribus creditoribus præjudicare possint. & nu. 2. 3. & 4.
- 2 Obligatio creditorum, per quinquennalem dilationem vel bonorum cessionem non extinguitur.
- 4 Debitor si aufugit, & redire non vult, nisi creditors debiti partem remittant, maior pars creditorum debiti partem remittere poterit, non obstante minoris partis creditorum contradictione, si comode conueniri non poterat, secus si defacili. & nu. 5. & 6.
- 7 Creditores debiti partem mercatori fallito remittentes, remissam partem repetere poterunt, quando ad pinguiorem fortunam peruenierit.

Creditores certam partem debitori remittere volentes, ne aufugiat, an possint alijs paucioribus creditoribus præiudicare.

*Quæstio XXII. princip.*

**V**Igesimo secundò principaliter quæro, † debitor cessans & fugitiuus partem debiti sibi remitti petit, nonnulli creditores nolunt ei certam partem remittere, ad hoc ne incessatiōe & fuga per seueret, an dicti creditores, quamuis numero paucioribus præiudicare poterunt? Hostien. in summa, tit. nostro. col. i. in fi. vers. quid si debitor petit. & Ang. in l. maiorem, vers. item not. h. et locum hæc lex. ff. de pact. & in l. fin. C. titu. nostr. tenent quod certam partem remittere non possunt, quia ius debiti aliorum creditorum non consentientium tollerēt, quod non possunt. regul. ius nostrum, de regul. iur. sed bene possent eidem quinquennalem dilationem concedere, vel vt bonis cedat, d. l. fin. vt in præcedenti q. diximus. † Quia per neutrum istorum obligatio funditus extinguitur. l. rescriptum. 2. fin. cum duab. legib. præcedentib. ff. de pact. † Contrarium tamen tenet Rom. in sing. 100. Creditores possunt. ubi vult, quod creditores debiti partem debitori pauperi, etiam contradicente aliquo creditore, remittere possunt: allegat text. in l. si plures. & d. l. maiorem. cum l. præcedenti. ff. de pact. sed non totum debitum, quia tunc unus aliorum sententia stare non tenetur, vt est casus secundum vnam lecturam & veram in l. apud Celsum. in princip. ff. de doli excep. & ita tenet Guil. de Cun, Alb. & Bald. in l. iuris gentium. §. si ante

ante aditam. ff. de pact. cum alijs adductis in addi. ad Rom. in d. l. fin. 100. † Tu dic quod si debitor prin. aufugisset, & redire nollet, nisi creditores debiti partem remittant, quod tunc maior pars debiti partem remittere poterit, non obstante contradictione minoris partis creditorum praesentiū, vel etiam aliquo ipsorum absente. ita tenet Pau. de Cast. in l. & suū hæredē. §. hodie. ff. de pact. & ibi Alexā. in col. 2. vers. Item limita istum tex. Et super tali pacto & remissione partis debiti ad illud validandum, Prætoris decretū requiritur, vt per illud pactum, alijs creditoribus contra dicentibus præiudicetur, vt est tex. in d. §. ho die. & tenet collegium Perusi. conf. 213. Simon & Iac. post princip. vers. & quod tunc inter consili.

Ang. & dies supra in præcendi q. sub nu. 6. quod tamen declarat Alex. in d. 2. col. in princi. vers. 5. † Ec dicunt praesentes Doct. Aut debitor fugitus in loco erat, in quo de facili conueniri poterat, tunc partis debiti remissio fieri non potest, & hoc casu procedit opin. Hostien. & An. de qua supra.

† Aut commode conueniri non poterat, sed cum magna difficultate, & tunc maior pars remittere poterit, & ita procedit opin. Paul. de Castr. & Roma. de qua supra, & ita reperitur fuisse conclusum in consil. Neapo. vt declarat Af-

flict. in deci. 288. Sæpè & sæpius, vers. secundus caus. & Mod. Anchoni. in tract. de mercat. in rubr. de decoctoribus in 6. part. nu. 5. vers. quæro, Be-

nedit. decoxit. cum sequentibus: † Aduerte tamen, quod creditores remittentes mercatori fal lito debiti partem, poterunt per conditionem ob turpem causam partem remissam repetere. Marsil. in sing. 432. Sæpè contingit. Roman. Alex. & Iaf. in l. fi. ff. de cond. ob turpem cau. quia tales

remis-

252 TRACT. MATTH. BRVN  
remissiones per creditores facte debitoribus fal-  
litis seu pauperibus de maiori summa pro maio-  
ri seruari non debent, sed integra summa peti pos-  
set, vbi ad pinguiorem fortunam peruerterint.  
Angel. consi. 33. in quæstione proposita. quem se-  
quitur. Ioan. Bap. de Plot. in repet. l. i. si quando,  
numer. 169. vers. & licet ad euitandum. C. vnd. vi.  
Hoc tamen intelligi secundum distinctionem tra-  
ditam per Mod. Anchoni. in d. 6. part. sub num. i.  
vers. Nos igitur distinguemus, videlicet an re-  
missio fit per gratificationem, aut per extortio-  
nem. Primò casu valet talis remissio, secundo ve-  
rò non, iuribus ibi per eum allegatis.

### S V M M A R I A.

- 1 Creditores si inter se certant super bonis debitoris  
in licitatione, quis eorum præferri debeat.
  - 2 L maiorem ff. de pact. & l fin. C. qui bo. ced. piff.  
procedunt non solum in casibus in eis positis, sed ita-  
iam in omni alio casu, in quo inter creditores est  
concertatio.
  - 3 Creditor in licitatione si cognatus est, creditoris tam  
tum præfertur.  
Creditor tantum in licitatione præfertur cognato  
tantum. ibid.
  - 4 Stante statuto, quod in licitatione cognatus præ-  
feratur, si extraneus rem pro maiori precio quam  
valeat, accipere vellet; cognatus vero pro precia tam  
tum quod valet, præfertur extraneus.
- Creditores si certant super bonis debitoris  
in licitatione, quis eorum præ-  
ferri debeat.

Questio

*Quæstio XXXIII. princip.*

**V**igesimotertiò principaliter t̄ quæro, qd si facta bonorum cessione, creditores debitoris bona venundari petunt, & pro eo rūm satisfactione ad bonorum licitationem deuenitur, nec aliquis qui bona illa emere velit, reperitur, & inter se certant creditores, quia qui libet pro pari precio & cōditione eā emere vellet, quis eorum præferri debeat. Ang. in l.i.tenēdo secundam gloss. lecturam, ff. de priuileg. credi. inquit ibi apertum esse casum: quod vbiunque certant inter se creditores, quid de bonis debitoris in solutione cessantis agendum sit, semper humaniori creditorum sententiæ standum est, cæterum si nulla humanior inuenitur, & omnia paria sunt cognatorum iudicio standū est, qui creditores sint; & si nullus extat cognatus, iudicio eius cui maior pecunia debet, standū est, & sic l.maiorem. ff. de pœnis. & l. fin. C. titul. nost. t̄ locum habent non solum in casibus signanter positis in illis legibus, verum etiā in omni alio casu in quo inter creditores est cōcertatio, qualiter super bonis debitoris in solutione cessantis credita consequi debeant, eo quod debitor soluendo non est. Bartol. vero in d.l.i.refert illam secundam glof. lecturam non esse bonam, quia illa lex etiam in cognato loquitur, qui non est creditor, vnde ei adiudicari non potest: similiter quasdam alias lectures reprobat: & tādem lecturem Iacob. de A ret. tanquam verām & probabilem sequitur, dicens quod ibi lex loquitur in pluribus emere volentibus, qui æquale premium offerebant. vnde si creditor cognatus est, creditor tantum præfertur. & ita tenet Cyn. & Bal. int

in l. Imperator. vers. in tex. ibi, necessarium. ff. de  
 3 paet. † Item creditor tantum præfertur cognato  
tantum. si vero non extat aliquis cognatus, qui emere velit, sed solum creditores. Dic quod ille,  
qui maioris summæ creditor est, præfertur: si vero alij essent creditores, & alij prorsus extranei,  
 4 creditores extraneis præferantur. † Si verò stante statuto, quod cognatus præferatur, & extranei rem pro maiori precio, quam res valeat, accipere vellent, cognatus vero pro precio solum quod valet, extranei cognato præferuntur, non econtra secundum Bal. in l. 2. col. fi. vers. sed hic occurrit dubium. C. de rescin. vendi. quia non est quis gratiosè contrahere compellendus, sed pro precio quanti plurimi reperitur, dummodo sine fraude & collusione fiat, & æqualibus patetis, vt ibi per eum; quem communiter sequuntur Doct. vt attestatur Cagnol. ibi in fin. cum pluribus concordantijs ibi per eum citatis.

## SVM MARIA.

- 1 *Creditor primus hypothecarius an posset totam pecuniam, per debitorem secundo creditori solutum, auocare & nu. 4. & 7.*
- 2 *Hypotheca non competit primo creditori pro pecunia soluta secundo creditori, si bona fide fuit consumpta.*
- 3 *Aequitas sola inter merca. attendi debet, & inter eos, de bono & aequo proceditur, & solennitates & rigorositates iuris non attenduntur.*
- 4 *Creditor primus hypothecarius potest à secundo solutionem pro medietate sibi factam auocare: secus, si ipse primus creditor priuilegiatus effet, quia*

*quia totam pecuniam reuocare posset & nu-  
mer. 5.*

*Creditor unus si immisus est in possessionem ex pr̄  
mo decreto, alij etiam immisi censemur, eod.*

**6** *Creditores primi pecuniam posterioribus credito-  
ribus per heredem solutam, qui cum inuentario ha-  
reditatem adiuit, reuocare poterunt.*

**Creditor primus hypothecarius an possit à  
secundo creditore pecuniam sibi  
solutam auocare.**

*Quæst. X X I I I I . quarta q.princip.*

**I**uxta prædicta vigesimoquartò principaliter  
quæro, nunquid creditor hypothecarius pri-  
mus possit à secundo hypothecario pecuni-  
am sibi per debitorem solutam auocare? hanc  
quæstio latè examinat Afflict. in decisi. Neapol.  
190. Pulchrum fuit dubium. vbi multos excellen-  
tissimos viros adducit, inter quos fuit Angel. de  
Gamb. de Aret. Alexan. de Imol. & Franc. de Ac-  
col. de Aret. qui pro parte affirmatiua in fau-  
orem primi creditoris consuluerunt contra cre-  
ditorem secundum, cui per debitorem pecuniæ  
solutæ fuerunt, tandem refert contrarium in sa-  
cro consi. decisum fuisse, t̄ quod pro pecunia se-  
cundo creditori soluta, hypotheca primo credi-  
tori non competit, quando pecunia bona fide co-  
sumpta fuit, & ita determinat Ange. in l. tuto. ff.  
de condit. inde. Subdit Afflict. quod si secus di-  
ceretur, vnum sequeretur inconueniens, quod si  
vnius debitoris falliti plures essent creditores, &  
debti-

256      T R A C T . M A T T H . B R V N I

debitor ille secundis creditoribus soluisset tempore quo creditum habebat, primus creditor contra secundum creditorem qui suum consecutus fuerat, agere posset, & totus mundus in litibus volueretur, & mercatores contractare non possent: & ita alias in d. consilio, determinatum fuit, ut refert Capy. in deci. 78. In casu Iuliani. colum. 1. nume. 2. Parisi conf. 69. si iuris. volum. 4. consuluit, hanc determinationem & sententiam multam sapere æquitatem, quamvis de rigore iuris, quod primus creditor possit à secundo pecuniari illi solutam auocare, & illa æquitas secundū eum, multum attendi & considerari debet, ne inter mercatores prohibeat commercium, & ne litibus implicetur, & eo maximē, quia inter mercatores sola æquitas attendenda est, t & de bono & æquo inter eos procedi debet & subtilitates & iuris rigorositates minimē sunt attendendæ, iuxta notat. in l. quintus. & l. si fideiulfores. §. quidam. ff. mand. cum similibus. t Eandem sententiam sequitur Grammat. in l. quæst. quam post eius decisiones apposuit ibi Afflict. Capy. & Parisi. allegat vbi suprà. Contrarium tamen consuluisse videtur Paul. de Cast. consil. 169. viso puncto suprascripto & allegationib. in primo quæsito. volu. 2. in nouis, dicens, primos creditors solutiōes posterioribus creditoribus factas, pro dimidia reuocare posse, per text. allegatum per Afflict. & sequaces in l. non expedierit. §. 1. versi. quod si vtraque. ff. de bon. autho. iudj. poss. in l. qui autem. §. sciendum. vers. Qui vero. & in l. pupillus. cum ibi not. per Doct. ff. quæ in fraud. credit. & in l. verum. §. si cum tres. ff. pro socio. in quibus iuribus habetur, quod quando creditors æquales esse debent, ut est de iure communi,

quan-

quandò pariter instat, & nullus priuilegium habet vel pariter habet, seu etiam quandò bona per vnum incöeperunt ex primo decreto possideri, quo casu omnes immissi censemur, l, cum vnu. in princ. & ibi gl. plena. & Bart. ff. de bon. autho. iud. poss. & per Negus an. in tracta. de pign. in secundo membro tertie par. q. 8. num. 10. non potest debitor vni in aliorum præiudicium gratificare, & si gratificatur, alij reuocare possunt, & petere cum illo se adæquari, pro hoc facit regul. non debet alteri per alterum. ff. de regul. iuris. Secùs, inquit, Paul. ibi, † si esset casus in quo aliqui creditores alijs ratione alicuius priuilegij potiores esse deberent. illi enim tunc totum reuocare possent, quod alijs creditoribus non priuilegiatis solutum esset, l. ex facto. §. fin. ff. de pecul. l. 3. ff. quod cum eod. & l. deferre. §. fina. ff. de iure fisc. & ita tenet in hoc casu Capy. in d. decis. 78. colum. 2. nume. 5. † Alium casum adde, si pecunia per hæredem, qui cum inuentario hæreditatem adiuit, secundis creditoribus soluta fuisset. nam hoc casu primi creditores à posterioribus eam reuocare poterunt, quamvis contra hæredem agere non possent, vel rem vti primis creditoribus hypothecatam per hæredem venditam, ab emptore vendicare secundum Iaf. in l. final. §. si præfatam, colum. 1. versicu. quinta utilitas. C. de iure deliberan. vbi dicit esse mirabile, quod inuentarium operetur exclusionem hypothecæ, quam creditor specialiter habebat. Solu. Dic, quod opin. Afflict. & sequacium procedit, † vbi solutio in contumaciam & negligentiam, primi creditoris, posteriori creditori facta fuit, quæ negligentia primo recipienti solerti noceſſe non debet. isto enim casu locus est gratifi- 7

cationi? vt est text. expressus in d. l. si non expedit. §. i. versic. quid ergo. & ibi gl. in verbo, noceat. & ita tenet Alexan. in d. §. & si præfatam. col. 2. circa fin. versicu. in ea. in fin. num. 8. opin. verò Paul. de Cast. procedit, vbi instantibus omnibus creditoribus facta fuit secundo creditorū solutio. nam hoc casu primus creditor solutio- nem à secundis creditoribus saltem pro dimidia reuocare potest, quum text. in d. §. versicu. quod si utraque. disponat, quod si instantibus omnibus creditoribus secundo creditorū gratificauit debitor, portionem hæreditariam (si quæ supererat) quæri, id est, creditor secundum magis communem opinionem, vt attestatur Alex. in d. §. & si præfatam, eod. nume. 8. Si verò non superesset, communicandū esse, quod ultimus creditor acceperat, & hoc modo reduci possunt ad cordiam opin. quamuis Moder. Anchoni. in tra-cta. de mercatura. in vlt. par. de Decoctor. sub ru- bric. qui potio. in bonis decōct. habeantur, num. 28. sub vers. Nouissimè prætermisssis. satis diffusè super hanc q. loquantur.

## SUMMARIUM.

- 1 Paupertas allegata in precibus per debitorem volentem cedere bonis, an per eum probari debeat, vel ex verbis precum & rescripti probata dicatur.  
C. nu. 5.
- 2 Beneficium cessionis, ab inopia & debitoris miseria causatur.
- 3 Creditor inopiam debitoris probare non tenetur, quando contra fideiussorem vult procedere.
- 4 Debitor afferens se in bonis non habere tantum,  
quod

*quod creditoris sufficiat, satis probare dicitur suam paupertatem.*

*Creditor volens dicere, debitorem plus habere in bonis probare debet eod.*

- 5 *Debitor allegans se pauperem, probare tenetur.*  
*& nu. 7. sed contra nu. 8.*
- 6 *Glo. in l. cum de lege. ff. de probatio. est communiter approbata, & quomodo procedat.*
- 8 *Rusticus annumeratus inter personas, allegans se pauperem, & nihil in bonis habere, paupertatem probare tenetur.*
- 9 *Paupertas alicuius probatur per famam viciniae, & per cognoscentes eum, & si ostiatim mendicaret, & num. 10. & si bonis cesserit, nu. 11. & per liberos astimi. num. 12.*

*Paupertas allegata per debitorem volentem cedere bonis, an per eum probari debeat.*

### *Quæst. 25. princip.*

**V**igesimoquinto principaliter quæro, † ¶  
 quia superius in 8. quæst. principali, vers.  
 quid autem si in precibus debitoris, num.  
 8. apposita fuit forma rescripti Principis, quod  
 constitutio de oratoris paupertate, ipsum ad al-  
 terutrum beneficium admittat, &c. † ¶  
 Quum sem-  
 per ad petitionem volentis admitti ad benefici-  
 um, c. Odoardus. extra, de solut. vel alternatiuè  
 ad bonorum cessionem, aut ad terminum quin-  
 quennalem, iuxta l. fi. C. titulo nostro in signatu-  
 ra dicatur. Confito summarie de oratoris pau-  
 pertate, ipsum ad alterum de duobus beneficijs

R. 2                      admit-

admittat, & prout de iure, & hoc propter multa  
quæ circa hoc requiruntur, iuxta no.in d.c.Odo-  
ardus. vnde non est necesse quod aliter cedat bo-  
nis, dum modò de paupertate legitimè constare  
possit, secundū Panor. ibi, & Rotam in decis. 567.  
vtrum possit. ante fin. vers. nam dico, si doceat. in  
antiq. cum alijs per Staph. in tracta. de lite. gratiæ  
& iustitiæ. fol. 156. versicul. quandò quis petit. in  
1. impressis. Nunquid ex verbis precuni &  
re-  
scripti dicatur probata oratoris paupertas, vel  
aliter per oratorem paupertatem probari requi-  
ratur? Videbatur dicendum, quod satis per eum  
videatur probata paupertas. Quia sicut ab ino-  
pia & miseria causatur cessionis beneficium, l.  
penul. & fin. C. titul. nostr. sic ex inopia intentio  
cedere volentis fundari videtur: ideo videtur,  
3 quod illam probare non habeat, si sicut etiam debi-  
toris inopiam creditor probare non teneatur,  
quandò vult ad fideiussorem venire, ut per Bart.  
in l. hoc iure. & l. in illa. ff. de verb. obl. & refert  
Imol. in d.c.Odoardus.col.pen. in prin. ver. quæ-  
rit hic etiam dominus Pet. 24. † Satis etiam pro-  
bata videtur ex eo, quod debitor afferuit se non  
habere in bonis tantum, quod pro creditorum fa-  
tisfactione sufficiat. vnde volens creditor dice-  
re debitorem plus habere, probare debet, glo. est  
not. in l. cùm de lege. ff. de probat. facit tex. in l. fi.  
§. licentia. & ibi Doct. C. de iure delibe. & illam  
glo. ff. sequitur ibi Bart. & communiter ab omni-  
bus approbatur. Eam quoque sequitur Alexan.  
consil. 55. Consideratis, colum. pen. in fin. versicu.  
& satis erit. volum. . cum pluribus alijs concor.  
de quibus per Ias. in l. si constante, in prin. col. 20.  
ver. extr. glo. Bart. in t. q. ff. solu. matrim. & illam  
glo. tenet Paul. de Cast. in l. maritum, in princip.  
sub

sub num. 2. eod. titul. dicens satis esse, qnòd mari-  
tus dicat se non habere in bonis nisi talem & ta-  
lem rem, vt gaudere possit de beneficio, ne con-  
ueniatur vltra quam facere poss. & qui dicit eum  
habere plura bona, & esse diuitem, probare de-  
bet. † Contrarium tamen est verius, quia allegás  
se pauperem, hoc probare debet, vt probatur in  
l. si creditores. ff. de priuileg. credit, & l. fina. ff. de  
libe. agnof. & hoc est, quia paupertas est allegan-  
tis fundamétum, & quia super ea se fundat, eam  
probare debet, l. ei qui dicit. ff. de probatio. &  
pro hac parte semper allegari solet gloss. singul.  
& communiter approbata in l. si verò. §. qui pro  
rei qualitate. ff. qui satisdar. cogan. quæ dicit,  
quòd qui paupertatem allegat, eam probare de-  
bet, & econuersò qui aliquem diuitem allegat,  
hoc probare tenetur. per quam glo. inquit Ange.  
ibi, quòd vbi cunque diuitiæ vel paupertas sunt  
causa & fundamentum intentionis allegantis, ei  
incumbit onus probandi etiam in negante. idem  
dicunt ibi Paul. de Castr. Alexand. & Ias. & ple-  
nè per Alciat. in traçta. de præsumpt. in 2. regul.  
in præsumptione 27. versic. & supradicta habent  
locum, nume. 4. & ibi Arelat. in addi. quod etiam  
firmat Alexan. in rub. ff. de no. oper. nunc. in pen.  
col. ad fi. versic. Quod est vna trufa. fac. reg. in d. l.  
hoc iur. & l. ita stipulatus. versicu. quòd si ab ini-  
tio. ff. de verb. oblig. Ioan. Andr. in c. bonæ. & ibi  
Panorm. extra, de elect. Bar. in d. l. in illa. Alex. &  
Ias. ibi in 4. colum. in princ. versi. Extra glo. Bart.  
Alexan. consi. 39. Viso themate, volum. i. consi. 91.  
Repetitus, colum. fi. in prin. volum. 7. idem consi.  
123. Viso processu, colum. i. consil. 134. & consil.  
136. Viso processu, colum. i. sub nume. eo. volum.  
7. Ias. consil. 34. Ad motiuā, colum. 4. in princip.

versicu. non obstat modo, volum. i. & ita reperio  
fuisse decisum in consil. Neap. vt refert Afflict. in  
decis. 377. Princeps concessit vniuersitati. Non  
obstat. in contrarium deducta, & præcipue glo. in  
d.l.cùm de leg. super qua se fundat Doct. allega-  
ti. Nam doctrina illius gl. in se est verissima, &  
in iudicando tenenda: & temerarium esset ab ea  
recedere, quum eam expressè sequatur Bartol. in  
d. §. licentia. in l. is potest, colum. penult. ff. de ac-  
quiren. hæred. in l. conficiuntur. §. codicil. in fin.  
ff. de iure codic. in Rubric. ff. de no. ope. nunc. in  
vlti. colum. in l. decem. in princ. ff. de acqu. hære.  
& in d. l. si constante, in princip. in l. par. princip.  
cum alijs infinitis concorda. diffusè relatis per  
Iaf. d. cons. 34. col. 3. vers. non obstat. replicationes,  
& illa glo. intelligitur esse vera, quando concur-  
rit pro eo qui afferit, aliqua præsumptio, prout  
concurrit in casu, d. §. licent. Ex quo enim hæres  
inuentarium solenniter fieri fecit, pro eo est præ-  
sumptio, quod in hæreditate plura bona non  
sint, & tunc per modum prædictum sufficit pro-  
batio, & ita illam gloss. declarat Iaf. in d. §. licen-  
tia, colum. i. in fin. versicu. ego omissa. & d. consi  
34. colum. 3. circa fi. & in d. l. si constante, in prin.,  
col. 21. in fin. vers. ex prædictis conclude. & Ruin,  
cons. 49. de duabus queritur, col. 2. vers. nō obstat.  
not. per glo. volum. 5. & Bello. cons. 34. visis fun-  
damentis, col. i. nume. 2. Si nulla concurrit præ-  
sumptio, nec conjectura saltem iuridica, per ip-  
sum afferentem probari debet eius paupertas: a-  
lioquin ea non probata, ad cessionis beneficium  
admitti non debet, maximè ubi ita Princeps in  
rescripto disposuit, dum dixit, constito de ora-  
toris paupertate: qua ergo non probata, debi-  
tor dicto beneficio gaudere non debet, & plures  
alias

alias responsones, ad glo. in d.l. cum lege. tradit  
 Campeg. in tract. de dote, in 3. part. quæstio. 20. incip.  
 Qualiter probentur facultates, quem per te  
 videas, ne ibi dicta per eum transplantare vide-  
 ar. Nec obstat dicta per Paul. de Castr. in d.l. mari-  
 tum. quia ibi vxor asserebat maritum plura ha-  
 bere bona, & diuitem esse, meritò ipsa teneba-  
 tur illud probare, prout hic cedere volens asse-  
 rendo se pauperem esse, eius inopiam probare  
 tenetur, vt firmat gl. Alber. & alij in d.S. qui pro  
 rei qualitate, & Albe. in d.l. & qui dicit. ad fi. nu-  
 me. 8. Ille ergò qui super paupertate se fundat,  
 eam probare tenetur, † vt est gl. sing. & commu-  
 niter approbata in d.S. qui pro rei qualitate, quā  
 etiam ad hoc propositum allegat Ruin. in d.con-  
 fil. 49. col. 1. vers. quia ille qui dicit. † Posset fortè  
 dici, hoc in agricola non procedere, quum talis  
 annumeretur inter personas inopes, quæ nihil  
 habere dicuntur, etiam si ex suo artificio viuere  
 possent, vt consuluit Aymo. consil. 199. Ad sub-  
 tilia, colum. 2. in fin. versicu. septimò contra De-  
 cium vol. 1. † Hoc tamen intellige, nisi cōtrarium  
 ex rescripto Principis appareret. Qualiter autē  
 constare dicetur, quem pauperem vel inopem  
 esse, Doct. dicunt, per famam, quia sic est fama in  
 vicinia, vbi habitat, & inter cognoscentes eum,  
 facit quod not. per gl. & Cyn. in l. vbi adhuc. C.  
 de iure dotti. & in d.l. si constante. in princip. &  
 quod ibi plenè per Bartolum, & Doct. & idèò  
 seruatur in practica, probationem hanc fieri per  
 testes de tali fama, & eius paupertate. † Vel  
 dicetur etiā constare, si verè, et non fictè ostiatim  
 ibat mendicando. nam hoc paupertatis signum  
 est, nisi ex aduerso per creditores probeat, quod  
 loculos depositos, vel res alias habeat, c.i. extrà,

deposi. & l.ex persona.C.de probatio. Item probatur paupertas alicuius, quia malè indutus est, & nihil habet in domo, vel per vulgi opinio. vt tradit Alb.in d.l.ei qui dicit.circa fin. nu.9. & in d.§.qui pro rei qualita.col.2.nu.6.vel secundum Host.in d.c. Odoardus, † eo ipso quòd quis cedit bonis,satis probatur ipsum inopem esse,vnde pō steā detineri vel incarcерari non debet, l.i.C.tit. nostro.& c.2.extr.de pign. † Probatur etiam per æstimi libros inopia,vt per Bartol.in l,decem.de verb.obl.& per Imol.in d.c.Odoardus.colum.3. versic.sed iuxta prædicta quæri potest. & alijs etiam probatur modis, de quibus per Firm.in suo repertorio.in ver.paupertas, num.3. & per Mod. Fanen.in tract. de pign.in l. membro octauæ par. nu.25.ver. sed dubitatur,quàdò & quibus modis. Alex.conf.37.consultus. vol.7. & Bellon.conf.16. stat statutum,col.3.num.5.cum sequentibus.

## S V M M A R I A.

- 1 Debitor indignus beneficio cessionis, dilatiōe quinquennali sibi per creditorem non cessa gaudere debet, etiam quòd dolum in alternatione commisset.  
Per dilationem creditoribus dissentientibus minus fit præjudicium, quàm per remissionem partis debiti, eo.
- 2 Debitor prohibitus ad bonorum cessionem admitti, gaudere debet dilatione sibi ob eius inopiam à Principe concessa, praefita tamen per eum satisfactiōe, si à creditore petita fuerit.
- 3 Dilatio quinquennalis debitori concessa per Principem, incipit currere à die date, & non à die præsen-

*præsentationis.*

- 4 Priuilegium alicui cōcessum ab Imperatore, vt ab eius creditoribus infra quinquennium conueniri non possit, ad debitorem ex delicto obligatum, non extenditur, sed contra, nu. 12. 13. & 14.
- 5 Priuilegium concernens præiudicium tertij, strictè intelligi debet, quando est graue, secūs, si modicum, vt nu. 12.
- 6 Concessio contra ius commune dicitur priuilegium.
- 7 Mercatores falliti nō gaudent cessionis beneficio, nec annali seu quinquennali dilatione à principe concessa.
- 8 Creditoris appellatione venit propriè creditor ex causa delicti.
- 9 Interpretatio lata, quando fiat in materia odiosa.
- 10 Materialicet odiosa sit, non excluditur tamen lata interpretatio, quæ ex proprietate verborum insurgit.
- 11 Prærogatiua captiuis & carceratis concessa, etiam carceratis ex delicto competit.  
Inhumanum non est, benefacere etiam ex delicto carceratis, eod.
- 12 Quod differtur, non auferitur.  
Regula l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. non procedit, quando de modico præiudicio tractatur, eod.
- 13 Rescripta & priuilegia Principum, intelliguntur semper absque alterius graui præiudicio.
- 14 Princeps iustitiam partis excedens, non præsumi-

*tur velle excedere nisi in modico.*

75 Dilatio à Principe debitori concessa, vt infra quinquennium ab eius creditoribus molestari nequeat, etiam ad debitorem ex causa delicti extenditur, nisi debitum esset iuratum.

*Dilatio debitori concessa si nō prodest, nisi à Papa de iuramento expressa fieret mentio. eod.*

Debitor, qui ad bonorum cessionem admitti non debet, an vti poterit quinquennali dilatione sibi concessa?

### Quæstio 26. Principalis.

¶ **V**Igesimosextò principaliter quæro, tñ nunquid debitor qui ad cessionis beneficium admitti non debet, vt in multis casibus suprà declarauimus, quinquennali dilatione sibi per creditores vel à principe concessa, vti & gaudere valeat? Respond. quod si à creditoribus concessa fuit, ea vti poterit, quum in iure cautum nō reperiatur, eum tali dilatione frui non posse, etiam quòd dolum in alienatione bonorum commisisset, vt pulchrè consuluit Parisius consi. 100. Certissimum est, versicu. Præterea aduertendum est. & in fine volumi. Quod ratione suadetur, quia si creditores possunt debiti partem ( quod maius est ) debitori remittere, vt vidimus suprà in vigesimasecunda quæstione principali, tançò fortius quinquennalem dilationem, ( quod est minus) indulgere poterunt, regul. cui licet, de regulis iur. in sextò. quia per dilationem minus fit

cre-

creditoribus dissentientibus præiudicium, quām  
 per partis debiti remissionem, secundūm Afflic,  
 in decisio. 288. Sæpè & sæpius, versicu. & hoc mul-  
 tò magis, numer. 3. Si verò à principe concessa  
 fuit, & tunc distingue. † Aut debitor ob aduer-  
 sam fortunam ad paupertatem & inopiam deue-  
 nit, aut ex proprio dolo & delicto per eum com-  
 missio. Primo casu nulli dubium est, quod tali di-  
 latione gaudebit, l. quoties, & l. vniuersa, C. de  
 precib. Imperatori offerend. & voluit Alexand.  
 consi. 205. visis his, volumine secundo. præstita  
 tamen per eum satisfatione, si tamen à credito-  
 re petita fuerit, vt tenet gloss. Paulus de Castr. &  
 Iason latè in dicta l. vniuersa, per Afflict. in de-  
 cis. 378. Quidam debitor supplicauit. & tradit  
 Guid. Papæ in decis. 109. Rescripta annalia, † vbi  
 addit, quod talis dilatio quinquennalis à die da-  
 tæ dilationis, & non à die præsentationis curre-  
 re incipit. Secundo verò casu, † videtur dicen-  
 dum, quod illa dilatione frui nequeat, secundūm  
 Guil. de Cune. quem refert & sequitur Alber.  
 in l. sed si ex parte, §. quanquam, ff. quod cñm eo.  
 vbi determinat, quod si Imperator alicui priuile-  
 gium concessit, vt infrà quinquennium à credi-  
 toribus conueniri non possit, non extenditur ad  
 debitorem ex causa delicti obligatum. idem te-  
 net & sequitur Alexand. in l. i. colum. pen. versic.  
 ex his infert Roman. num. 43. ff. si cert. pet. & in l.  
 penult. ff. ad Turpil. vbi pro hac opinio. adducit  
 tex. cum gl. in §. quod si derelinquentes. in verbo  
 nocentes, in auth. de mand. Princ. & id quod ha-  
 betur auth. qua in prouincia. in verbo, omni pri-  
 uilegio cessante, C. vbi de crim. agi oport. in qui-  
 bus iuribus probatur, quod priuilegium delin-  
 quentibus non prodest. † Adducitur etiam quod  
 quum

- 5 quum hoc concernat ius & præiudicium tertij,  
strictè interpretari debet,l.secum.¶.meritò,& ¶,  
si quis à principe,ff.ne quid in loco publi. c.cum  
alijs concord.per eum citatis. & quum sit contra  
6 ius commune,† talis concessio priuilegium dici  
debet,c.priuilegia.,3.distinct.ideo in ea stricta fi-  
eri debet interpretatio,l.si quando , in princi.C.  
de inoffic.testamen.& c.dilecto,cum simul.extr.  
de consanguin. & affin. & secundùm hanc opin.  
refert fuisse iudicatum Boer.in deciſio.349.Que-  
ritur an ciuiliter,colum.8.in fin.versf.Nec per co-  
7 sequens,& col.seq. dicens † quod hoc est contra  
mercatores fallitos,qui nō gaudent cessionis be-  
neficio,nec annali seu quinquennali dilatione à  
principe concessa , & ad hoc allegat Bald.conſi.  
382.in quæſtione 1000.colum.fin.versicul.sed ad-  
huc restat,volum.5.& Ioan.Baptist.de S.Seuer.in  
tract.de debit.suspect.& fugi.in 1.q.col.fin.vers.  
illud ſcio,qui tamen de hoc nullum faciunt ver-  
bum.Sed melius allegaſſet Bald,conſi. 400. quod  
Iacobus.volū.1.vbi per vndecim rationes arguit  
contra impetrātem à principe reſcriptum,quod  
ſecuritas & dilatio debitori concessa , intelligi  
debet,præterquam in debitore per maleſiciū  
obligato.† Contrariam tamen opin.tenet Roma.  
in d.l.i.si cer.pet. quem ibi ſequitur Deci.in pen.  
colum.versf.sed tamen prædictis non obſt. Quæ  
opin.etiam mihi magis placet,ex eo quod credi-  
toris appellatiōne venit propriè creditor ex cau-  
ſa delicti,vt etiam nota.Bald.in l.rescriptum,in  
3.notab.ff.de pactis,& quamuis forte dici poſſit,  
quod in odioso priuilegio ſimus,quod ſtrictè in-  
telligi debet, vt in contrario ſuprà oſtenditur.  
Dico † quod etiam in materia odioſa , lata fit in-  
terpretatio , quantum ad hoc ut priuilegium,  
quod

quod generaliter in debitorem loquitur, qui infra quinquennium conueniri non possit, generaliter intelligatur. vt not. tradit Ange. in l. fi. colum. fina. versicu. tertio quæritur. ff. de constitut. princi. Nam t̄ licet materia odiosa sit, lata tamen interpretatio non excluditur, quæ ex verborum proprietate insurgit, vt est tex. in l. cum lege, vbi Aret. not. in princ. ff. de testam. & voluit Calder. cons. i. in princ. de consanguin. & affin. quem sequitur Dec. cons. 5. in causa dominæ Mariæ, in fi. cons. 113. viso tenore, colum. penult. versicu. & ideò istud priuilegium. num. 6. in prima parte, & in d. l. t. colum. penult. versic. sed tamen prædictis non obſt. ergo talis dilatio extendetur etiam ad debitorem ex causa delicti. Pro quo facit. t̄ Nam prærogatiua quæ captiuis & carceratis conceditur, etiam ex delicto carceratis competit, glo. est in c. sacrorum. 12. q. 2. & not. Bald. per illum text. in l. sed & si ideò. cum concord. per Alex. traditis ibi. quam l. legit. cum l. quanuis. colum. 2. in prin. vers. ex quo infert. ff. solut. matr. Quia non est inhumanum, etiam bene facere carceratis ex maleficio, c. non satis. 86. distin. idem tradit Bald. & ibi Bar. & Alex. in l. illud quod in prin. per illam gl. in d. c. sacror. C. de episc. & cler.

Nec obstant in contrarium allegata, & primð text. in d. §. quanquam. Quia ibi expressè datum erat priuilegium pro creditoribus ex contractu, vt in l. i. ff. quod cum eo. Nec iura allegat per Alexan. obſt. quoniam illa loquuntur, quando quis post concessum priuilegium deliquit, & ita procedunt tradita per Bald. disto cons. 400. dum voluit, quod securitas data illi domino Iacob. ad futura delicta, & sic post priuilegium concessum non extenderat: secūs ergo in præteritis delictis & an-

& ante concessam dilationem, in quibus eadem ratione videtur, quæ in alijs creditoribus ex contractu. Non obstat, † quod talis dilatio ius & præiudicium creditorum concernat, & sic stri. Etè interpretari debeat, quia quum de modico præiudicio tractetur, ex eo quod ius creditoris non tollatur funditus, sed solùm ad certum tempus differatur: vnde dici solet illud vulgare, quod differtur, non aufertur, l. quoties. vbi Bart. Salice. & Iaf. in primo notab. C. de precibus Imper. offeren. facit text. & ibi not. gl. in l. quamuis, ff. de arbitr. & est glo. fin. in §. si dominus. Inst. de singu. reb. per fideicom. relict. non procedit rgula d. l. 2. §. si quis à Principe. vt voluit ibi gl. in verbo, impetraverit. & habetur per Bart. & Doct. in d. l. quoties, & est gl. not. in c. olim. in verbo, præiudicium, extr. de consuetud. & est ratio,

13 quia rescripta & principum priuilegia, † semper intelliguntur & intelligi debent absque graui alterius præiudicio, vt not. Bart. & Doct. in d. l. quoties. & ideo singulariter not. ex illo tex. Bal. in l. i. versic. item not. quod non præsumitur. ff. de

14 constitut. princ. quod si Princeps partis iustitiam excederet, non præsumitur nisi in modico excedere velle. † Quum ergo Princeps debitori dilationem concederit, vt infrà quinquennium ab eius creditoribus molestari nequeat, & modicum afferat creditoribus præiudicium, talis dilatio lo cum sibi vendicabit in debitore ex causa delicti, nisi debitum effet iuratum. nam eo casu talis dilatio debitori non prodeisset, nisi de iuramento expressa fieret mentio, maximè à Papa, vt per plura consuluit Alex. conf. 38. visa petitione.

15 col. 3. quod est repetitum conf. 137. col. 6. & Alex. 205. Visis his, col. fin. ad fin. vers. Dico insuper. vo lum.

Ium. 2. idem sequi. Ias. in d.l. quoties. in 2. nota. &  
Deci. in d.l. i. colum. pen. versic. Non obstat quod  
agatur de praejudicio, ff. si cert. pet.

## S V M M A R I A.

- 1 Debitor qui dilationem quinquennalem obtinuit, amplius ad cessionis beneficium non admittitur etiam virtute noui rescripti, nisi in rescripto apposita fuerit clausula, non obstante quinquennali dilatatione alias obtenta, nū. 2. & 6.
- 3 Clausula, non obstante, operatur id quod clausula de plenitudine potestatis.
- 4 Princeps describens cum clausula, non obstante, potest iura alterius tollere & diminuere.
- 5 Princeps non presumit velle tollere ius tertii, nisi apposuerit clausulam, non obstante.

Debitor qui dilationem quinquennalem obtinuit, an virtute noui rescripti debeat ad cessionis beneficium admitti?

## Questio 27. princip.

**V**igesimo septimo principio quero, t debitor quinquennalem dilationem ab eius creditoribus, vel à Principe per rescriptum obtinuit, & elapso induciarum tempore, creditores ipsum ad soluendum conuentiunt, ille vero paratus cedere bonis, iuxta l.i.C.tit.nostro. impetravit, vt ad bon. cess. admitteretur, quo rescripto penes acta exhibito, creditores opponunt ipsum aliquo pacto admitti non debere, immo carcerib. mancipari, donec de eoru credito satisfacti fuerint, ex quo ipse alias dilationem quinque

nalem

nalem habuit, an autem virtute rescripti nouissimè impetrati, ad cessionis beneficium admitti debeat? Videbatur dicendum, quod non, quia quum dilationem habuerit quinquennalem, non potest postea cedere bonis, sed carcerari debet, gl. est communiter approbata in l. fin. vbi Bal. Salic. & Paul. de Cast. C. tit. nost. & in l. alia. §. eleganter. & ibi Dd. sol. matr. & ita decisum fuisse videtur in conf. Neapol. vt refert Afflict. in decis. 378.

Quidam debtor supplicauit. alioquin creditores qui dilationem concederunt, delusi remanerent, quod non est dicendum. † Tu dic quod si in

- 2 rescripto apposita fuit clausula, nō obstante quin quennali dilatione alias per debitorem obtenta, debtor ad bonorum cessionem admittetur, & ita alias ad fauorem fratrum de Alippo Brixien. contra Hieron. Campana. mercatorem Venetum, eorum creditorem obtini. † Nam clausula, non ob-

- 3 stante, operatur id quod clausula, de plenitudine potestatis, vt not. Bald. in l. si de testamento. C. de testam. & tradit Ale. in l. ex fact. col. 4. post prin. vers. & licet Bart. & omnes nu. 24. ff. de vulgar. &

- 4 pup. & † vbi Princeps cum clausula, nō obstante, rescribit, quum certus sit de iure tertij quæsito alterius iura tollere & diminuere potest: quia quā uis alias ius tertij velle tollere non præsumatur, fallit tamen quando clausula, non obstante, apponitur. Ant. de Butr. & Imol. in c. quæ in ecclesiæ, extr. de consti. per not. per Cyn. post glo. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. sequitur Alex. conf. 92. Perspectis, col. 6. ad fin. vers. Fuit etiam adiecta. volum. 6. & declarat idem Alex. conf. 101. Visis instrumentis, col. 5. in princ. vers. & præser-  
5 tim, vol. 1. † Quum ergo ex certa scientia rescrip- serit Princeps, apparel alteri derogare voluisse

in ius

in iure quæsito, de quo in precibus & rescripto fuit facta mentio, ut not. glo. in c. ex parte, il. 2. de offic. deleg. pulchrè per Bald. in l. fin. in princ. C. sent. resc. non po. glo. in c. statutum, in vers. literarum, de rescrip. in 6. & in c. i. de const. eod. lib. & est communis opin. secundùm Alexā. in l. 3. §. si is pro quo, ff. quod quisq; iur. quem sequitur Ruin. conf. 130. Super eo. col. fin. in prin. vers. Quinimò t voluit, volum. i. & præsertim quū expressè dixerit, non obstante quinquennali dilatione, quæ verba clarè ostendunt mentem Principis fuisse, quinquennalibus inducijs derogare, vt in simili arguit Alex. conf. i. Ponderatis his, col. 10. in princip. vers. non obstat, quod dominus dux. vol. 5. Se cùs dicendum est, si in ultimo rescripto nulla mētio de quinquennali dilatione facta fuerit, prout non fuit in rescripto, de quo per Afflict. in dicta decisi. 378. Et isto casu procedant quæ dicta sunt supra.

## SUMMARIA.

- 1 *Exactio in quibus bonis debitoris, post cessionem bonorum quæfitis fieri debeat.*
- 2 *Obligatus ad alimenta consignanda, attendere debet ad quantitatem fructuum qui ex eo percipiuntur, non autem attendet ad qualitatem & valorem rei.*
- 3 *Alimenta vxori relicta, extrà domum prestanta sunt secundùm redditus & facultates patrimonij, non autem ponitur manus ad proprietatem.*
- 4 *Alimenta debita descendantibus, vel ascendantibus, vel pupillo per tutorem, vel similib. si non sufficiunt*

*ex redditibus patrimonij, venditur proprietas, quæ  
sit minus utilis.*

**E**xactio in quibus bonis debitoris post cessionem quæsitis fieri debeat.

*Quæstio 28. princ.*

**V**Igesimo octauo principaliter quæro, quia  
suprà t̄ diximus, quod qui cessit bonis, si  
postea à alia bona quæsierit, vel ad pinguiorē  
rem fortunam peruerterit, non conuenit nisi  
in quantum facere potest, deducto ne egeat, iuxta  
l. 4. in prin. & l. qui bonis, ff. tit. nostr. & l. ex con-  
tract. C. de bon. auth. iud. poss. in quib. bonis talis  
exactio fieri debeat. Respō. quod in exigendo ip-  
sum debitorem, inspicitur quantum ex eius pa-  
trimonij fructibus redigi possit, non quantum ex  
rerum venditione redigeretur. casus est singu. &  
mirabilis secundūm Bart. & Ange. in d. l. qui bo-  
nis, quod est not. secundūm Alex. ibi, qui pro hoc  
allegat tex. in l. si fundum per fidei commis. de le-  
ga. i. & quod not. Bart. in l. 2. in fin. C. de rescind.  
vend. & in l. imper. in fin. ff. ad Treb. per quam l.  
qui bonis: in proposito dixit Rom. cons. 510. Quo  
ad primum, col. fin. ad fi. quod quando aliquis ad  
alimenta t̄ consignanda obligatur, & considera-  
tur an quis plura vel pauca bona possideat, non  
attenditur eorum qualitas, quæ possidentur, sed  
reddituum quantitas, qui ex eis percipiuntur,  
quia res magni precijs esse possunt, & ex ea minimus  
redditus percipi, & quasi nullus. vnde tunc ad  
qualitatis considerationem quo ad alimenta per-  
cipienda, quodammodo modicum seu nihil pos-  
sideret

fidere diceretur: ideo non res, sed reddituum quan-  
titas attendi debet. † & propterea si maritus uxori extat domum alimenta relinqueret, secundum  
redditus & patrimonij facultates praestata sunt,  
non autem manus ad proprietatem ponit potest:  
quia, ut diximus, quantum in patrimonio sit, se-  
cundum fructus & prouentus inspicitur, non se-  
cundum quod ex rerum ventione redigi posset.  
† Si vero alimenta alicui debentur, exempli gratia,  
descendentibus, vel ascendentibus, vel pertu-  
torem pupillo, vel his de quibus per Angelum in  
l. Nefennius. §. fin. ff. de re iud. tunc pro alimento  
rum satisfactione proprietas, quae patrimonium  
magis aggrauat, & quae minus sit utilis, venunda-  
ri debet. ita dixit Ang. in l. diuus. vers. in tex. ibi,  
necessaria, ff. de petitio. hæred. ubi refert se una  
cum Bal. apud Ariminum consuluisse, & ponit  
Alex. in l. maritum, in fin. ff. solut. matrimon. di-  
cens, predicta in primo casu procedere in alim-  
entis titulo lucrativo debitum, secus in alimentis ti-  
tulo oneroso, seu à causa onerosa procedente de-  
bitum.

## SUMMARIA.

- 1 Debitor post cessionem acquirens turrim magni  
valoris, an ad eius venditionē cogatur pro emptio-  
ne alterius minoris precij, & in residuo pro credito  
rum satisfactione n. 3.
- 2 Rusticus querens post cessionem bonorum domum  
magni valoris, eam vendere tenetur, & humilem  
emere, & creditoribus dare residuum.
- 3 Doctor, vel nobilis, aut miles potest domum magni  
precij

*precij post cessionem bonorum acquisitam, vel bene  
ficium à iure concessum, pro se retinere.*

**D**ebitor post cessionem acquirens turrim ma-  
gni valoris, an teneatur eam vendere, &  
domum minoris precij emere, &  
residuum creditoribus  
affignare?

*Quæstio 29. princ.*

1. **V**igesimononò principaliter quæro, † debi-  
tor post bonorum cessionem turrim v-  
nam valoris mille quæsiuit, creditores in-  
stant, vt illa pro eorum crediti satisfactione ven-  
datur, afferentes, quod ei tanquam inopi domuni  
cula minoris sufficere debet: debtor verò respō-  
det, se velle eam pro sua habitatione retinere,  
nunquid ad illius venditionem cogi possit, vt a-  
liam domum precij minoris emat, & superfluum  
tradat creditoribus? Bald. in l.fin.colum.penult.  
versi. Quæro quidam cessit, C.titul.nostro. alleg.  
Bartol.tenere, quod non. per l qui bonis. ff.eod.  
quia ei habitationem habere permittitur, ipsum  
tamen arbitrio iudicis relinquendum esse, quia  
nec delicatus debtor, nec onerosus creditor au-  
diri debet, vt l si benè, ff.de vñur. si tamen exces-  
sus non esset magnus, sed modicus, verbi gratia,  
si turris venderetur, & pro alterius habitationis  
emptione parum minus expenderetur, creditor  
in hoc audiri non debet, sed æquo animo ferre  
debet, vt eam pro eius habitatione retineat. † Si  
2. verò rusticus vel plebeius esset, qui humiles  
solent habitare casas, iniquum videretur, quod  
in

in damnum creditoris turrim pro habitatione re-  
tineret, quod tamen nobili, vel Doctori, aut mili-  
ti permitteretur, ideò arbitrarium iudicandum  
est, & cum Baldo transit Salicet. in d.l. ex contra-  
etu. in s. quæst. C. de bon. autho. iud. poss. t Aliam  
similem quæstionem annexere potes, quam po-  
nit Bald. in condemnato. in l. 2. in princ. versicu.  
iuxta prædicta quæro. C. quod cum eo. & Alex. in  
l. maritum. in vlt. colum. vers. sed quid si maritus.  
ff. sol. matr. & aliam similem ponit Deci. in auth.  
prætereà, col. fin. vers. Quartò quæritur de quæ-  
stione. C. vnde vir & vxor, ad quos breuitatis  
gratia me remitto.

## S V M M A R I A.

- 1 Debitor qui bonis cessit, si conuenitur in bonis post cessionem quæsitis, an deducere debeat, quod salua dignitate sua viuere possit, & nu. 3.
- 2 Rusticus in bonis post cessionem quæsitis, panē gros- sum, cæpe, oleum, & caseum pro alimentis habere debeat.
- 3 Doctor, nobilis, vel miles in bonis post cessionem, & post beneficium à lege concessum acquisitis, deducit quod salua dignitate viuere potest.
- 4 Dignitas viri non attenditur, si mulier ob suam paupertatem ei succurrere non posset, secūs si esset diues.

In bonis post cessionem quæsitis, an habeatur ratio dignitatis personæ debitoris.

*Questio 30 Principalis.*

**T**rigesimò principaliter quæro, † quia cedens in bonis nouissimè quæfisis, conuenientur solùm in quantum facere potest, deducto ne egeat, an etiam deducatur tantùm, quod salua eius dignitate viuere possit? Iac. de Are. Bal. & Ang. in l. si maritus in id. ff. solut. matr. ponentes in marito quæstionem, qui tantùm conuenientur in eo. quod facere potest, deducto ne egeat, iuxta l. maritum. eo. tit. tenent, respectum aliquè ad dignitatem non haberi, sed solum id, quod ad vietum tantùm sufficiat, retinere debet, contrarium tenet Raph. & Imo. in d. l. si maritus in id. argumen. l. nepos Proculo. ff. de verbor. signif. vbi tex. allegat. in l. tutor secundùm dignitatem. ff. de admit. tüt. cum hac opin. transit Albe. de Rosa. in d. l. si maritus in id. vbi vltrà d. l. nepos proculo. al legat tex. in l. habitio. ff. de vent. in poss. mit. & l. pen. & fin. ff. de in rem vers. idem tenet Bal. in l. 2. in princ. C. quod cum eo, vbi allegat in simi. text. in l. sed & si quid in ædificauerit, §. sufficienter. ff. de vsufr. & l. cum vnus. §. alimentis. ff. de alim. & cib. leg. idem tenet Ang. & Imo. in l. Nefennius. §. fin. in prin. ff. de re iud. Eandem op. tenet Aret. in §. appellantur, col. 4. vers. in eandem gl. ibi, idē de donatore. Inst. de except. & in §. item si dote, in vlt. col. versi. & aduertas quod in ista deductio ne. Inst. de act. ad quem se remittit ibi Ias. num. 8. dicens, quod in hac deductione, ne egeat, personarum ratio & conditionis personæ haberi debet, vt si nobilis, miles, Doctor, vel rusticus est, nam si rusticus est, satis est quod ad alimenta panis grossus, † cæpe, oleum, & caseus relinquatur, quum tales rustici panem ex hordeo, fabis, mili-

ca, milio, & similibus confectum comedere sole-  
ant, non autem ex puro frumento, ut not. gl. in l,  
seruis urbanis. in secunda & tertia gl. ff. de leg. 3.  
& tradit Ripa in tract. de peste, in rub. de remed.  
ad conser. vber. col. 8. in fin. nu. 98. vers. Nam solet  
rustici. ¶ Si verò nobilis, vel Doctor, aut miles es-  
set, satis turpe foret, quod solum ei consuleretur  
ne mendicaret, & sic quod duntaxat victum ha-  
beret, quod non diceretur esse absque eius digni-  
tatis dedecore. Sed Imol. in d. l. si maritus. has opi-  
nio. ad concordiam reducere conatur, videlicet  
quod si mulier est adeò inops, quod sibi per talē  
deductionem succurrere non posset, viri digni-  
tas non attenditur: secùs, si diues esset, & haberet  
vnde viuere posset. & hæc concordia placet Are-  
tino in d. §. item si de dote. in fin. vbi in proposito  
bonum text. allegat in anthen. præterea. C. vnde  
vir & vxor. & l. plenum. §. equitij. ff. de vñi & ha-  
bi. vbi dicitur, ¶ quod quis posse facere dicitur,  
quod considerata personæ condicione, commo-  
dè potest. Eandem concordiam sequitur Alex. in  
l. maritum, in ultim. colum. vers. Hæc concordia  
mihi placet: & illam amplectendam arbitror,  
quum etiam ob inopiam mulieris, maritus bene-  
ficio sibi à lege concessò gaudere non posset, vt  
dixi suprà 15. q. 4. princ. & in 17. casu vigesimæ q.  
quartæ q. princ. num. 30.

## SUMMARIA.

¶ *Deductio qualiter in bonis post cessionem quæsitis  
fieri debeat, & an aliud sit in iuuene, aliud in se-  
nre, & an pro uno anno, vel maiori tempore, & nu-  
me. 4.*

¶ *Debitor artifex in bonis post cessionem quæsitis sibi  
com-*

*computat in deductione, quod ex artificio acquirit.*

- 3 *Doctor vel miles post beneficium sibi à lege concessum, sibi computant in deductione ex bonis acquisitis id, quod ex aduocatione & militia acquirunt.*
- 5 *Familia debitoris quam ipse de necessitate educare oportet, attenditur in deductione bonorum post cessionem acquisitorum.*
- 6 *Priuilegium alicui concessum pro se, etiam ad ministros sine quibus esse non potest, extenditur.*
- 7 *Quis ex alterius persona consequitur, quod ex persona sua consequi non potest.*
- 8 *Pater & filius, vna & eadem persona censetur. Maritus & vxor, vna & eadem caro sunt, eod.*

*Quantitas rei & temporis an inspici debeat in deductione bonorum post cessionem acquisitorum, tam respectu personæ debitoris, quam eius familiæ?*

### *Questio 31.principalis.*

I **T**rigesimoprimò principaliter quæro, t' vidimus suprà qd' debitor cedens, in quæfisis de nouo, condemnatur in id, quod facere potest, habita ratione ne egeat, iuxta l. in condēnatione, ff. de regul. iur. & quod not. in l. si maritus in id. per gloss. & Doctores, ff. solut. matr. & in l. ex contractu, cum concord. C. de bonis authori. iudic. possid. Quomodo fiet ista deductio?

Petrus

Petrus de Bellap. in §. fi. sub nume. 6. versicu. Ecce quod est de fortunis. Institu. de actio. dicit, quod iudex personæ conditionem inspiciet, vtrum sit artifex, vel non: sed si simplex sit, qui victum sibi querere ignorat, tunc tantum sibi dimittet, quantum ad vitam sibi necessarium est: & si sit persona, quæ secundum eius conditionem vinum bibere, & carnes comedere debet, vt l. sed & si quis, ff. de usufructu. inspiciet etiam personæ qualitatem, si sit iuuenis, quia tunc diutius vivet, ideo sibi plus assignabit, alioquin si sit senex, non dimittet sibi tantum, sed seruabit formam, l. hæreditatum. in princip. ff. ad l. Falcidi. idem firmat ibi Ioan. Fab. dicens, duo esse attendenda, scilicet rei & temporis qualitatem. Ad primum facultates & personæ conditio inspiciuntur. † Nam si est persona, quæ operari possit, quæ officium seu artificium habeat, illud sibi computari debet, & sic illarum operarum fiet deductio, vt est gloss. fina. in d. l. si maritus. in d. l. si quis à liberis. §. sed si filius. cum gloss. ff. de liber. agnoscen. & d. l. si quis argentum. §. sed & si quis. & ibi gloss. in verbo, donante. C. de donatione. Inspicitur etiam si Doctor, vel miles est. Hi computant in tali deductione. quod ex eorum aduocatione & militia acquirunt. † Inspicitur etiam si est nobilis. in his enim quum ipsi plus expendant, & expendere habeant, maior habebitur ratio, quam in rustico vel similibus, vt in præcedenti quæst. dixi. † Ad secundum non sufficit pro uno tantum anno deductionem fieri, sed attendi debet, cuius fit ætatis, pro quo talis deductio fieri debet, ex illo tunc simul fiet computatione facta iuxta dispositionem, d. l. hæreditatum, in princip. & ita secundum legem il-

Iam iudicandum est, ut voluit gl. 1. in l. maritum, ff. solut. matri. & ita tenent Dyn. Petr. de Bellap. Ioan. Fab. Ioan. de Plat. Aret. & Ias. in §. item si de dote. Instit. de action. & Ange. in l. Nefennius. §. fina. in princ. ff. de re iudic. ¶ An autem quod dictum est circa principis debitoris personam, idem etiam dicendum sit circa eius filios & familiam, quos de necessitate educare oportet, & sine quibus commode iuxta eius qualitatem, & conditionem vivere non posset: Videtur quod sic, per textum in d. l. si quis a liberis. §. non tantum. cum gloss. ibi de liber. agnos. & l. 2. ff. de usu & habit. & l. si stipulatus fuero. de verbis. oblig. Contrarium tenet Ioan. Fab. quem sequitur Ioan. de Plat. in d. §. item si de dote. Tu dic quod attenta conclusione, de qua supra, & in praecedenti quest. habetur respectus ad debitoris qualitatem & conditionem, cum concordia ibi relata, concludendum est, quod huic cedenti haberi debet consideratio non solum de persona sua, sed etiam de personis, sine quibus secundum statum suum vivere non potest. ita voluit Imol. in d. l. Nefennius. §. fina. declarans dictum Angel. ibid. & hoc probatur ratione secundum Aretin. consil. 17. Consideratis colum. penul. versicu. ¶ Tertiò, quia si maritus. Quia priuilegium alicui pro se cōcessum, etiam ad ministros, sine quibus quis esse non potest, extendit, l. administrantes. §. 1. vbi Bartol. in prima lectura, & ibi Bald. ff. de excus. tuto. idem Bald. in l. non solum. §. qui primi pilum, eodem titul. & in authen. habita. C. ne fil. pro patr. Idem voluit Staphyl. in tracta. de literis gratiæ & iustitiæ, fol 154. versicu. Prætereà hoc est priuilegium, in primis impress. per gloss. in c. studeat. l. distin. dicens, quod ei non conceditur

vltra

vltr quām facere potest, tantūm relinquī debet,  
 vnde ipse & sui ministri eidem necessarij susten-  
 tari possint. Faciunt tradita per Decium in l. le-  
 cta, colum. 5. versic. in glo. in verbo, de domo. ff. si  
 certum peta. quōd priuilegium alicui concessūm  
 etiam eius familiaribus competere dicitur, &  
 habetur per Bartol. in l. semper. §. immunitati. ff.  
 de iure communi. & fac. text. quem ipse Areti.  
 alleg. in l. cæterū. ff. de vſu & habit. & pro hac  
 opinione facit illa vulgar. regula, quæ habet,  
quōd quis ex alterius persona consequitur, † ?  
quōd ex sua persona consequi non potest, vt est  
 casus pulcherrimus in c. authoritate Martini. §.  
 final. de concess. præben. libr. 6. & in c. penult. de  
 præben. eod. lib. & habetur in l. si emancipati. &  
 ibi plenē pér Ias. cum multis simil. in 2. colum. in  
 fin. versicu. Not. tu diligenter. cum duabus sequ.  
 C. de collation. & per Marſil. in sing. 187. Plura &  
 plura. † Quōd etiam probatur ex eo, quia pater 8.  
& filius vna & eadem persona censerunt, l. fina. C.  
 de impub. & alijs substit. & maritus & vxor sunt  
 vna eadem caro, iuxta tex. in c. debitum. cum cō-  
 cord. extra, de bigam.

## S V M M A R I A.

- 1 Cessio bonorum post appellacionem ab interlocu-  
toria habente vim definitiæ admissa, an per mo-  
dum attentatorum reuocari possit?
- 2 Attentata ante omnia reuocantur, non discussio a-  
liter appellationis articulo, & quæ dicantur aten-  
tata. & nu. 3.
- 4 Cessio bonorum etiam post appellacionem à diffini-  
tiua fieri potest.

Cessio

**Cessio bonorum an per modum attentatorum reuocari possit?**

*Quæstio 32.princip. & ultima.*

- T**rigesimo secundò principaliter & vltimò  
1 quæro, † quid si post appellationem ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, interpositam, debitor cessit bonis, an talis bonorū cessio per modum attentatorum possit vel reuocari debeat? Guid. Pap. conf. 124. Circa materiam, col. 4. in prin. vers. Ad secundum quæsitum, nu. 3. decidit, quod si bonorum cessio ante inhibitionem facta fuit, reuocari non poterit, sed differri debebit, donec de appellatiōe cognitum fuerit, allegat tex. in c. non solùm, i. §. fin. de ap. in 6. tradunt domini de Rota in decis. 412. si appelletur in nouis. & Feli. in c. super quæstionum. §. fi. extr. de offic. delega. Tu dic quod etiam si post inhibitionem facta fuisset, & post appellationem à diffinitiuā interpositam tanquam quid attentatum reuocari nō poterit, quamvis regula sit, ante omnias, † attentata, etiam non discussō appellationis articulo, reuocari, vt in dicto c. non solùm. in princ. & ibi Canonist. † Tum quia bonorum cessio etiam post appellationem, à diffinitiuā potest agnito debito in iudicio fieri: & talis cessio valet iuxta declarationem per Aretinum traditam in §. fin. col. 3. ad fi. vers. Nec obstat. d.l. 1. Inst. de actio. secundum quam ita fuit decisum in sacro consilio Neapol. vt attestatur Afflct. in  
2 decis. 296. Quidam debitor, in fin. † Tum etiam quia talis cessio facta, seruatis de iure seruandis, dici non potest esse de attentatis, quum cessio sit de his, quæ licite fieri possunt, & ea quæ licita sunt,

funt, attentata non dicuntur, quia quum penden-  
te appellatione aliquid attentetur, quòd sit lici-  
tum, prout in præsenti casu', ex quo cedens face-  
re potest, quòd de iure sibi competit, illud tan-  
quam attentatum per modum attentati reuocari  
non potest, quum nihil innouari videatur secun-  
dum gl. in d. c. non solùm. §. fin. in glo. Prætereà si  
debitor post appellationem fuit ad bonorum ces-  
sionem admissus, non est dubitandum, quòd ap-  
pellatus fuerit per cedentem citatus, vel in iudi-  
cio comparuerit, per quam comparitionem &  
agnitionem debiti in iudicio factam, appellatus  
ipse nedum tacitè, sed expressè tali cessioni con-  
fessisse videtur, meritò de attentatis amplius op-  
poni non potest, quum scienti & volenti nō fiat  
fraus neque iniuria. regul. scienti. de reg. iur. in 6.  
cum vulga. Et ex his expedita redditur per me  
Matthæum Brunum Iuris: ōf. Ariminē. hæc præ-  
fens cessionis bonorū materia, in qua si quid bo-  
ni reperitur altissimo ac omnipotenti Deo laus,  
honor, & gloria attribuatur. Si verò aliquid  
quòd legentis aures offendat, culpæ meæ asscri-  
batur, iuxta illud Auguſtini in 15. cap. Soliloqui-  
orum, dicentis, si quid boni est parui vel magni,  
donum tuum est: & nostrum non, nisi malum  
est.

*Finis Tratt. Matt. Bruni, de cessione bonorum.*

T R A C-

TRACTATVS CESSIO-  
NVM, INCERTO  
AVTHORE.

S V M M A R I A.

- 1 *Vtilis actio an sine cessione competit.*
- 2 *Cedens cessione facta, si agat directa actione, an preferatur ei, cui facta est cesso.*
- 3 *Actio hypothecaria an tantum nudam possessionem respiciat.*
- 4 *Res si duobus cessa sit, ad quem ratio maximè spectet.*
- 5 *Confessio quando non praejudicet.*
- 6 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*
- 7 *Concedendo iura, an quis faciat procuratorem ut in rem suam.*
- 8 *Procurator, non dominus est, ante litem contestata.*
- 9 *Cessio facta principalis, an valeat.*
- 10 *Cessio hypothecaria quando non valeat sine principali.*
- 11 *Cessio facta sine causa, an valeat.*
- 12 *Interueniente precio, emptio presumitur, non cessio.*
- 13 *Probare cuius sit, pecuniam datam fuisse.*
- 14 *Vtilem qui habeat actionem, an directam habere queat.*
- 15 *Experiri nemo potest sine actione.*
- 16 *Fideiussor an teneatur, si principalis pignus debitorum reddidit.*

- 17 Iura & actiones an debeant cedi pro parte, vel in solidum fideiussori.
- 18 Iura & actiones an specialiter in fideiussorem cedi debeant.
- 19 Debitorum nomina sunt incorporalia.
- 20 Cedens an cessionarium in ius vocare possit.
- 21 Minor an actione cedere possit.
- 22 Cessio, an venditio censeatur,
- 23 Vendito nomine, venditur instrumentum nominis.



**E**SSIONVM materia vtilis multū, non multis est cognita: & aliās sāpē vidi consuli peritiores, & malē respondere. Idcīrcō breuiter tractabo ea, quæ de hac materia mihi vtilia videbuntur. Et primō antequām ad alia procedam, sciendum est, quod vtilis actio nunquām sine cessione competit alicui. Et hēc est regula generalis: quæ quidem fallit in quinque casibus specialibus. Primus est in actione ex vendito, vt C.de act. vel hær. vend. & l. 2. & 3. & l. empor. & l. postquām. Secundus, in nominibus in dotem datis, vt C.de act. & oblig. l. nominibus. Tertius, in nomine in solutum dato, vt C. quandō fisc. vel priua. l. fina. Quartus, in legato nominis. vt C.de leg. l. legato nominis. Quintus est, ff. depig. act. l. si conuenerit. In istis solummodò quinque casibus, & non in alijs, est speciale.

† Quæro: Procedendo ulteriūs, ponamus: Aliquis cessit mihi actionem in decem: facta cessione, postmodum ipse egit in actione directa suo nomine. Ego, cui facta est cesso, egi vttli. Quis preferatur in agēdo? Ego qui cessi, vt ff. de procuratō.

rato. l. in causæ. §. percul. Et hoc verum videtur in tribus casibus. Primus est, si denunciaui debitori antequam ageretur ut solueret illi qui cesserat iura. Secundus est, si litem fui iam contestatus. Tertius, si partem recepi pecuniæ. Isti casus not. c. de do. l. fi.

An autem cedens poterit agere, de hoc vide plenè per Bar. in l. ficta. §. si hæres. ff. ad Treb.

Quæro, Quid si cedens mihi exigit, nunquid repetam ab ipso, ut mihi restituat? Dico quod sic. argum. ff. si ager vecti. vel emphyt. per l. i. §. qui mihi competit.

3 Quid erit? Quidam obligauit mihi nomen debitoris sui, quæ actio mihi datur? Quidam dixerunt, quod datur mihi hypothecaria, ut C. de hæred. action. l. hæredem. Sed Mar. Syllanian. dicit, quod pessimè dicunt, quia t' natura hypothecaria est tantum aduocare nudam possessionem, vt ff. de emptio. & vendit. l. si cum venditor. unde dicit, quod datur inutilis ex contractu, ex quo ille poterat agere directa: quia sic poterat ille agere directa ex mutuo, & certi conditione, & utili, argumen. l. nomen. C. quæ res pignor. obligari poss. Nec obstat de actio. vel hæred. vendi. quia illa loquitur in tacita hypotheca. Et ita videtur innuere glo. ordinaria in l. & cum ipse. & ita dicit gl. ordinaria super l. nomen. §. & actiones. contra debitorem meum ipse cui gessi.

4 Quæro, cessi alicui iura aliqua. t' nunquid illici cui ultimò facta est cessio, habeat actionem, & agere possit? domin. Ioan. dicit quod non, ex eo quod infinitas est euitanda, ut C. de sacrosan. & l. inter diuinum.

Quid erit? Aliquis in rem suam agit contra me,

me, dico ego, tu non potes agere nec experiri  
 quia satisfeci illi, qui tibi cessit ante cessionem  
 factam: dixit iste, nō est verum: dixi ego, faciam  
 eum venire coram iudice: dixit ipse, libenter. fi-  
 naliter, venit ille qui cessit, & confessus est me  
 sibi soluisse: iste, non obstante confessione, vult  
 agere, dicendo quod non præiudicat sibi talis cō-  
 fessio. Nunquid potest? & certè videtur quod tā  
 lis confessio sibi faciat præiudicium, argumen. l.  
 secundæ. C. communia de legat. ff. de usuris. l. fi.  
 ff. finium regundorum. l. eos. † Econtra videtur,  
 quod non præiudicat talis confessio. arg. ff. quem  
 admodum seruit. amitta. l. si partem. §. i. d. Vber.  
 de Bobio ita distinguit in questione. ista & refert  
 quæ sit persona confitentis, ut si est talis perso-  
 na, quæ possit satisfacere utriusque, & tunc non fa-  
 ciet præiudicium. ita iudex debet varia statuere  
 ex personis & caussis. ff. de rei vindicatione, l. in  
 fundo. ff. de actione. & oblig. l. fin. C. si quis impe-  
 rator maledixerit. l. i. cum suis fi. nota. per Bart.  
 in l. i. in princ. ff. quod actiones competentes v-  
 ni; dentur alij, intelligitur de utilibus, non de  
 directis: & ibi, quid statutum dicat, quod per li-  
 beram personam quæretur nobis actio, ubi di-  
 stinguit.

Quæro, aliquis constituit procuratorem suū  
 & dedit ei potestatem liberam, quod possit cede-  
 re iura & actiones fideiussoribus contra debitō  
 rem suum: dicit fideiussor conuentus, Ecce ego  
 sum paratus soluere, cedas mihi iura quæ habet  
 dominus contra debitorem principalem, cuius  
 sum fideiussor: dicit procurator, Paratus sum,  
 dummodo soluas. & ostendit instrumentum pro-  
 curæ suæ & mandati sui. videns fideiussor dictū  
 mandatum, dicit: Non habes mandatum speciale

super hoc:& ideo volo te condemnari, quia non potes cedere. Nunquid debet condemnari? & videtur quod non, argumento. ff. de fidei suffori-  
 bus. l. si mandati. & l. si cui. l. fin. eodem titu. & ff.  
 ad Trebel. l. restituta. de authoritate tutorum. l.  
 pupillus. Contra videtur argumentum illius ge-  
 neralis dicti, **Qui t per alium facit, &c.** vt ff. de  
 administratione tutorum. l. ita autem. §. gessisse.  
 de vi & vi armata. l. i. §. dixisse. ne quis eum, qui  
 in ius voca. est, vi exi. l. si per aliud. §. i. non facit  
 tanquam ipse, sed tanquam alius, vt ff. de adopti.  
 l. si pater. §. qui duos. Item verba debent aliquid  
 operari. ff. de legatis. i. l. si quando. ff. ad munici-  
 pi. l. i. sed Dominus Alber. Papien. & dom. Vber-  
 tus de Bobio, dicunt quod ipse non posset cede-  
 re iura in hoc, tali ratione, quia cedendo iura,  
 faceret procuratorem vt in rem suam. vt ff. de  
 condi. indebit. l. fin. §. Titius. & l. si procurat. &  
 C. de procura. l. quod quis. & l. neque tutores. ff.  
 de procurat. l. Pomponius. & si cesserit, non va-  
 let, vt puto. immo dicebat Dom. Albert. Papiens.  
 quod quicunque aliter dicit, haereticus est: sed  
 Do. Homobonus Cremonens. respondebat huic  
 argumento, dicit ipse, certè haereticus non sum,  
 & tamen dico contrarium. Nec obstant argumē-  
 ta allegata, quia ego bene cōfiteor, quod cedēdo  
 iura, facio t procuratorem vt in rem suā secun-  
 dum Dominum Alberic. si habet ad hoc speciale  
 mandatum, bene poterit cedere alteri ante li-  
 tem contestatam, & facere alium procuratorem  
 in rem suam, cum in alijs iudicijs & litibus pro-  
 curator non possit alium procuratorem consti-  
 tuere ante litem contestatam, quia non est do-  
 minus t ante litem contestatam, vt supra d. l. ne-  
 que. & l. quod quis. Sed si habent speciale man-  
 datum,

datum, ad procuratorem constituendum, & certus est ille qui debet constitui, nunquid potero constituere? Certè sic. argument. ff.de procur. l.secund. Sed nonne certus est iste, cui debent cedi iura & constitui procurat. vt in rem suam? Si ergo est bene certus, bene potest constituere ipsum procuratorem in rem suam, & ita poterit cedere iura & actiones, & facere procuratorem in rem suam: & ita non obstat opinio Domin. Alberic. maximè argumentum suum. Et hæc argumenta ipsa veritas, & in hoc videtur concordia. gloss. ordin. quæ est ff.de procur. l. 2. Ego in quodam consil. fui, & feci in tali casu dari sive iussores, vel aliter satisdari ab illo procuratore, qui erat paratus cedere cum illo mandato, per dominum qui constituerat ratam habere illam cessionem, cuius nomine fiebat, quia erat in longinquis partibus. Et hoc tolerari posset, vt evite tur fraus istius procuratoris petentis, & cedere volentis. Et nota hanc quæstionem, quæ sæpè venit de facto.

Quæro, Aliquis cessit tñ suo principali, nunquid valet cessio? Et videtur quòd sic, vt ff.de actio. vel hæred. vend. l.fin. & C.mandat.l.fin. & l. ab Anastasio. & l.per diuersas, eod. ff.de except. rei iudica. l. si extante. §. Latinus. Cōtra videtur, & ita dicit gloss. ordinaria, quòd quæ est accessoria, non potest cedi sine principali arg. ff. de reg. iur. l. cum principalis, Et quod sit accessoria, probatur. ff. de institut. l. pupillus. §. præscribere. Domin. Mar, ibidem dicit, quod credit quòd sic, non tamen pro certo afferit. argumen. l. fin. C. de actio, vel hæred. vendi. vbi gloss. ordinaria dicit, quòd cedi non potest, quia si dicemus, iam hoc esset absurdum: quia si cedens agere actione

T 2 prin-

principali, alias hypothecaria causa, perderet suum naturam actionis realis hypothecaria. & ita dicit gl. ordinaria. Ego autem adhibeo distinctionem: aut iste qui cedit, habet principalem actionem hypothecariam: & tunc non valet cessio hypothecaria sine principali, quia forte stetit per triginta annos, quod ipse non egit. Et tunc bene valet cessio, ut C. de luitio. pignor. l. 2. in gloss. quae incipit, intelligere debes quod fuerit sublata principalitudo tempore nota. C. de prescrip. long. temp. triginta anno. l. cum notissimi. §. 1. quae omnia sunt utilia.

Quid si aliquis cessit alicui actiones utiles, directas, ciuiles & prætorias contra debitornm suum, & constat in instrumento, quod precedit eum occasione istius cessionis, tamen non continetur causa in instrumento, nunquid valebit talis cessatio facta sine causa? Et certe videtur quod non. argument. ff. de his qui nota. infam. l. 2. ff. l. ignominiae. ff. de transact. l. cum hi. §. causa. & C. de procura. l. qui stipendia. & de proba. l. exemplo. Contradicitur C. de præd. cutialium. l. fin. ubi dicitur, quod postquam premium interuenit, præsumitur emptio & venditio. & ita presumuntur omnia solenniter acta: ut ff. de prescrip. verbis. l. natura. Sed ego contra per l. qui stipendia, supra allegatam. & haec est veritas, & faciunt iura allegata pro ista parte, quod non valeat cessio.

Quero, quid si in instrumento apponatur, quod non fit data pecunia, nunquid debebit pecuniæ datum probare iste, cui cessâ sunt iura? Videtur quod sic, ut ff. de non nu. pen. l. si ex cautione de rei vendi. l. dolus. & l. per diuersas. C. manda-  
ti. & l. ab Anastasio. eod. tit. Sed Do. Mar. Syl. con-  
tra,

tra, & ego, quia præsumo omnia solenniter acta,  
vt Instit.de fidei usq;. §. fin. & C. de contrahen. &  
committen. stipul. l. i.

Quæro, aliquis promisit mihi codicem ad ali  
quid in quo dām instrumento, & promisit omnes  
expensas quas faciam in exigēdo illum codicē,  
postea cessi omnia iura & omnes actiones alij,  
nunquid iste promissor meus tenebat ad expē  
fas illi cui sunt cessa? Et videtur quod non, quia  
ille fuit principalis qui me ruit hoc priuilegiū,  
argu. ff. de administ. tut. l. ex pluribus. ff. de l. 2. l.  
patronus, ego contra, vt Inst. de verb. oblig. §. ex  
conditionali.

Quæro, aliquis agit contra me iure cesso: dico  
sibi, Vtrum agis ex persona tua, an non? id mihi  
specifiques, & ipse dicit, Nolo tibi exprimere: nū  
quid cogetur? videtur quod sic, vt ff. de tributo.  
l. quod in hæredem. §. eligere. item quia directa  
competit ex mente, vtilis ex verbis, vt ff. de ne  
gotijs gestis. l. negotiorum. Item alia t̄ possum  
cum habeo directam, quæ non possum cum ha  
beo vtilem, nam si exprimat, tūc eris instructus.  
arg. ff. de eden. l. 2. Econtra dicitur quod non, vt  
ff. de pet. hære. l. nec vllam. & l. si quis sciens. de  
euictio. l. minor. Item tantum cōsequitur per di  
rectam, quantum per vtilem. l. actio. ff. de nego  
gest. Quid dicemus? dico quod tunc exprimerem  
per l. si duo. ff. de sol.

Quæro, quid si egit quis contra me, & non ha  
bet animum litigandi, & cum facta esset litis cō  
testatio, & assignati termīni & dilatationes vtri  
que parti ad probandum, & cum factæ fuerint  
probationes, & conclusum in caussa, dum era  
mus prope sententiam, videns, iste quod succum  
bebat in caussa iuit ad quendam debitorem suū,

& dixit ei : Nonnet alis debet tibi centum, quæ mihi debes ? dixit ipse , sic , dixit iste , cedas mihi iura & actiones quæ habes . & cessit . & iste habent talia iura cessata , facit tales positionem mihi : pone quod debes centum tali , ex tali causa , item quod contra te & tua bona habeo iura cessata debito isto , modo excipio ego & dico : quid ad te , si debui illi ? iste dicit , reperio instrumentum , qualiter idem mihi cessit iura , quod facere potuit , ut C. de probatio . l. ad probat . Modo queritur nunquid talis positio admittetur , ex quo habuit ius petendi anæ sententiam diffinitiuam , ita quod condemnatio fiat ? Et videtur quod sic , ut ff. ad exhib . l. tigni . ff. de rei vendic . l. si autem . & l. si mandauerit . mandati . de pignor . l. si rem . § . fin . & l. si ita argumen . istarum legum quod actio competit cum effectu . Econtra videtur quod non admittatur , ut ff. de iudicijs . l. non potest . de aqua pluvia arcenda . l. haec tenus . ad fin . ff. pro derelicto . l. aut pars . C. de fideicommissaria liber . l. inter . ff. communis diuidūd . l. ne fundum . Quid ergo dicendum ? Ego ita distinguo . Aut iste est litem contestatus nomine suo aut alieno . Hoc ita intelligas , aut directa agit , & videtur nomine illius qui cessit , & tue tenet iudicium , quia postea cedendo ratificare videtur , ut ff. de iudic . l. licet . Aut simileiter egit , & etiam tunc habet locum d . l. licet . l. nomine meo vtili iure cesso , vel si suo , tunc post litem contestat . argument . cum prosequitur , si alieno , dic quod sic . ff. de iudic . l. licet . ff. qui satisda . cogn . l. iudic . ff. de mino . l. & si fine . § . final . & in hac opinione sum , & fuit Dom . Guid . & Suza . quia haec fine dubio est vera opinio .

Quare , habeo debitorem , & fidei usq; or vult satisfac-

tisfacere, si volo sibi dare pignus, vt C. de fideiuss. l. 2. & l. fideiussor. ego nolo dare, nunquid poterit me cogere ad dandum sibi pignus? Et primò t̄ videtur quòd non, qua autem actione, non video, & nemo sine actione experitur, vt ff. de petitione hæredit. l. si quid possessor. Ego dico contrarium per duo iura, vt C. loca. l. si diuersa. ff. de fideiuss. l. si fideiussor succurri debet. Sed quo iure cogetur? Respōdeo, iudicis officio. Nec obstant leges, quæ allegātur à quibusdam. l. nulla. C. de solut. quia illæ loquuntur in extraneo qui non fideiussit, sed volebat satisfacere creditori, & volebat quod cederentur, & darentur sibi pignora, quæ dari sibi non debebant per leges allegatas.

Quæro, habeo fideiussorem, debitorem & pignus, & postea venit & rogauit me, quòd eidem concederem licentiam vendendi pignus prædictum, dicendo, tu es benè securus de debito: amo mei concedas mihi licentiam. Et dixi, libenter, facta cessione, ego postea cōtra fideiussorem ago, quoniam principalis aufugit cum omnibus suis bonis. dicit fideiussor, cedas mihi pignora, vel iura in pignore quæ habes, & paratus sum satisfacere tibi. Dico ego, facere nō possum, quia feci gratiam debitori ut pignora venderet. dicit fideiussor, id tibi imputes, hoc nolo redundasse in mei præiudicium. quid dicendum? Certè quidam malè intelligentes, scripserunt, t̄ quòd fideiussor non teneatur ad solutionem, per l. Stichum aut Pamphilum. ff. de solutionib. Ego autē dico & credo expressè, quòd si feci gratiam debitori ut venderet pignus, certè hoc non obstante, q̄ non possit cedere pignus & materiā pignoris ipsi fideiussori, nihilominus ipse fideiussor

296 TRACT. INCERTI AVTH.  
cogitur ad solutionem, argum. l. i. ff. quib. modus  
pign. vel hypot. soluitur, ff. de his quæ in fraudē  
creditorum. l. si pignus, quæ lex est aurea ad ma-  
teriam istam. & hoc, nisi dolo fecerit gratiam  
debitori. nec obstat l. Stichum aut Pamphilum.  
§. penul. quæ in contrarium allegatur, quia illa  
lex loquitur in personalibus: non contingit cul-  
pa sua, quia facit pa&ctum de non petendo.

17 Quæro, ago cōtra fideiussorem: dicit fideiuss-  
for, paratus sum soluere, cedendo mihi iura &  
actiones contra fideiussorem meum. Nunquid  
debeo cedere in solidum vel pro parte? Et certè  
videtur quòd in solidum, vt ff. de leg. i. l. si res ob-  
ligata. in fin. Tu contra, & dicas quòd pro parte  
tantum. ff. de tut. & curat. l. si plures. ff. de pecu. l.  
quæsitum, & est glos. C. de duobus reis. l. i. & hæc  
est veritas.

Quæro, aliquis bannitus cessit mihi iura &  
actiones, an potero experiri & agere tali iure ces-  
so à bannito seruo? Aut cessit mihi ex causa lu-  
cratiua, aut ex onerosa. Si ex lucratiuia, tunc non  
possum, vt quia donauit. Si onerosa, sic, vt ff. de  
exceptione doli. l. apud Celsum, & dic vt ibi per  
Bart. & l. si procurator. & l. pater.

18 Quæro, vendidi nomē debitoris, & actionem  
quam habebam contra debitorem, & in cesso-  
ne nihil dictum fuit de fideiussore: venit operæ  
emptor, & vult agere cōtra fideiussorem ex isto  
iure cesso, an potest? Et videtur quòd sic. ff. de a-  
ctionibus & obligationibus. l. 3. ff. de leg. 3. l. no-  
men. in prin. Ecōtra videtur quod duo iura, quia  
ad hoc vt possit agere iure cesso: oportet quòd  
specialiter cedantur iura & actiones contra ip-  
sum fideiussorē. arg. duarum ll. ff. de h̄eredita. vel  
actione vendi. l. qui filij nomine. & l. antep. ergo  
cūm

cum non cessat, non valet cessio, nec agere potest. Item alio arg. Nam cessio est stricti iuris, unde potius videtur omissum per l. quicquid astrinpendet. ff. de verb. obliga. & ad hoc ff. de fideiuss. leg. vt fideiussor. Et sic dico, quod nec ex cessione, nec ex vi cessionis, fideiussor talis poterit conueniri, argum. præalleg. II.

Quæro, iuxta prædicta, nunquid iste fideiussor petere possit aliquo iure? Et dico, quod sic, si illa actione, quæ posita est emptori, eo ipso quod emit, vt C. mandati. l. i. sed ex cessione non, cum non fuerit facta contra ipsum. Et hoc verum, licet quidam aliter voluerint dicere.

Quæro, quidam obligauit debitori, vt ff. ad Tertullianum. l. si legatarius. §. i. volo agere contra debitorem debitoris hypothecaria. mihi obijcit, quod primò debeam res & bona debitoris principalis excutere, nunquid cogetur? Respondetur, alias fertur d. Alber. Papien. respondisse in quodam conuentu, vt in argument. cuiusdam l. penult. C. de actionib. & obligationib. quia videtur hoc tantum contingere in hypoth. pignoris, sed in nominibus debitorum aliud debetur de iure censeri, quia nominat debitorum incorporalia sunt, ergo nullo modo possunt possideri, vt ff. de acquiren. rerum domin. l. seruus. §. incorporales. ff. de usuris. l. sequitur. §. sed nostra. & quod non mutatur, quare stare prohibetur. l. sancimus. C. de testament. & de appellat. l. præcipimus, in Authenti. quibus mod. natu. effi. sui. §. tribus. Tu dicas contrarium, vt C. quand. fisc. debit. suum quæ. l. non prius. ff. de iu. fisci. l. Moschis. Sed d. Alber. est illis iurib. contrarius, & dicit non obstat, quia loquitur in ta-

10

cita hypotheca, non expressa, sed ita non intel-  
ligitur lex illa, vel possumus dicere specialiter  
in fisco.

Quæro, aliquis agit contra aliquem, & nō di-  
misit procuratorem, quod facere potuit: nun-  
quid imputabitur sibi? videtur quòd non, quia  
non tenetur mittere, gl. ordi. dicit, quòd non. ff.  
si quis cau. l. 2. Et contra videtur mittere, & di-  
mittere, argum. ff. de procur. l. 1. §. insti. & de mi-  
nor. l. Pamphil. ff. ex quib. caus. ma. l. sed & si per  
prætorem. §. aduersus. tu ita potes dicere & di-  
stinguere, An sit grandis ille cōtra quem agitur,  
an non. Et si grandis sit, non tenetur. ff. de procu.  
l. in pecuniarijs, extr. de procura. c. querelam. si  
secūs sit, tunc tenetur.

Quid si dictum est in citatorio, quod veniat &  
habuit responsalem, nunquid tenetur mittere  
procuratorem? Respond. Sic continuat Ioannes  
Teutonicus decretorum Doctor, extr. de dol. &  
contum. c. cùm dilecti. ff. de diuers. & temp. præ-  
scr. l. 1. & ista sunt illa, quæ pro maiore parte cō-  
fuerunt notare communiter notare Nic. Ma-  
ta. & posteà Iac. de Are.

Sed iuxta hoc quæro, Quid si tibi sub poena  
promisi, non facere aliquod opus in solo meo?  
posteà alienai solū, & emptor fecit, An teneatur?  
Et an emptor etiam teneatur? vide per gl. in l. 3.  
§. 2. ff. de alie. iud. mut. cau. fact. & in l. fi. ff. de cō-  
trahen. emp.

Sed quod das exemplum? vendidi tibi fun-  
dum, in quo ante venditionem, damnum factum  
fuerat. ego non egi, sed post venditionem volo  
agere. An possum, ita quòd emolumentum meū  
sit? dic quòd sic. vt l. is qui imput. §. si posteà. ff.  
quod vi aut clam, & per Cy. in simili. ff. de iurisd.  
omn.

omn. iudic. l. fin. in quæst. fina. Et plura alia vide,  
vt scripsi in d.l.3. §.2. ff. de alien. iudi. mut. caussa  
fac.

Sed an t cedens an petitionem cessionarij te-  
neatur venire in iudicium, cùm conuenit? dic  
quòd sic, vt de euictione teneatur. vt quia cessit  
causa onerosa, quia ad eum spectat commodum  
& incommodum, iuxta l.i. §. in propria. ff. quan-  
do appell. sit. pro quo facit C. de usur. rei iudic.  
l. fina. §. & antiquitas. ff. de pœnis. l. quod di-  
ctum. aliás, si ex caussa lucrativa, non tenetur  
venire, facit l. quod ad donatas. ff. de ædil. e-  
dict.

Sed an t minor potest cedere actionem à dic, 21  
quòd sic, vt not. per Bart. in l.i. fuit quæsitum. ff.  
ad Trebellian.

Sed an tutor possit cedere actionem pupilli ?  
dic, quòd non, per Bart. in l. restituta. §. pupillus.  
eod. tit.

**Nota**, quòd cedens iura contra debitorē, non  
transfert ius agendi in cessionarium contra de-  
bitorem, nisi instantum, quantum soluit. Et sic  
cedo tibi iura contra Titum, nisi ad illa. l. quæ  
mihi soluisti. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. C.  
mandati.

Item nota, t quòd si statuto cauetur, quòd de-  
bitor non possit detineri pro debito, quòd cessa-  
tionarius non potest facere detineri debitorem  
pro debito sibi cesso. ita not. Bald. in l. planè. ff.  
famil. ercif.

Item nota, quòd cessio actionis & iurium cen-  
setur quædam venditio, & vt alterius rei vendi-  
tio regulari debet, probatur in l. si is. & l. si dubi-  
tetur. primo respons. §. final. Speculat. in titu. de  
cess. actio. §. l. verific. sed nunquid minor, & ver-  
sic.

300 TRACT. IAC. DE ARENA  
sic. sequitur. tangitur in l. 2. C. de rescind. venditio.

13 Item nota, † quod vendens nomen, tenetur tradere instrumentum nominis, ut not. per Bal- dum in l. instrumenta prædiorium. C. de fideicommissis.

FINIS Tractatus Cessionum, incerti  
Authoris.

SOLENNIS TRA-  
CTATVS DE EXCVS-  
SIONE BONORVM,

Per D. Iacobum de Arena.

SVMMARIA.

- 1 Excusio quid sit.
- 2 Iudex excusione faciens, debet cuncta ri-  
mari.
- 3 Excusio debet solenniter fieri.  
*Solennia* quæ dicantur. ibid.
- 4 Excusio qualiter & quando fieri debeat. & nre  
me. s. o. 8 & 15.
- 5 Debitor ubique habeat bona, soluendo dici-  
citur.
- 6 Nostra interest plura auxilia habere, & si nobis v-  
tilia non sint.
- 7 Excusione facta, si non reperiuntur bona, locus est  
hypothecar:æ, vel secundæ conventioni.
- 8 Iudicium an procedat contra tertium, ante excus-  
sionem.

sionem factam, si non opponatur.

- 12 Iudex potest cogere principalem debitorem ad comparendum, & compellere per sacramentum, & multe indicionem ad indicandum bona.
- 13 Idē facere potest de uxore & alijs domesticis, qui talia scire possunt..
- 14 Possessor potest producere testes super eo, quod principalis debitor sit soluendo.
- 16 Relatio nuncij, referentis nihil esse in bonis debitoris, iudice eius vigore nil esse pronunciante, an sufficiat, ita quod possit ad fideiussores deueniri.
- 17 Bona si reperiantur, quæ tamen sint in controvēsia, an locus sit hypothecæ.
- 18 De excusione an sit fides facienda ante lit. contestat. si de hoc exigatur in hypothecaria.
- 19 Si sint diuersi emptores rerū obligat. & unus conueniatur, an is possit obijcere de alijs conuenientibz pro virili portione.
- 20 Causa pignoris est individua.
- 21 Excusione facta & pronunciatione, an possit excepī de debitore locuplete conueniendo.
- 22 Quid si post pronūciationem excusonis, auctæ sint facultates debitoris, an procedatur in hypothecaria.
- 23 Quid si debitor sit absens, ita quod conueniri non possit, an poterit conueniri possessor.
- 24 Debitor obligatus pro principali, an possit oppone-re, quod non sit facta excusio principalis.
- 25 Si actum est contra vnum ex correis, an possit agi contra tertium possessorem, non excusso alio corregi.

- 26 Excussum esse, & excuti posse, an paria sint.
- 27 Excusonis beneficium non habet locum infideiussore criminali.
- 28 Excusio rerum & personarum, quæ sunt in alieno territorio, non est necessaria.
- 29 Excusio an possit suppleri post lit. contesta.
- 30 In excusione debes moneri pars, ut sit cum nuncio.
- 31 Excusio an sit facienda, quando tertius possessor habet causam à debitore.
- 32 Iudicium licet procedat, si non opponatur de excusione, actor tamen non obtinebit in hypothecaria contra tertium, si non probet excusationem factam, vel debitorem inopem.
- 33 Excusio sicuti ad pignus conuentionale recuperandum est necessaria, ita & ad pignus prætorium recuperandum erit necessaria.
- 34 Indemnitatem qui promisit, an possit conueniri principali non excusso.
- 35 Excusione non facta, si agat hypothecaria, & lis contestata an lite pendente fieri possit.
- 36 Sententia sine excusione principalis facta, an valeat.

I



XCVSSIO † est bonorum atq; rerum principalis debitoris debitoris ad vngulam usque ad saccum & peram, per iudicem facta discussio, inquisitio, atque detectio. Bonorum dico, per l.i.de reuocan. quæ sunt in fraudem credito. Quæ autem intelligantur in bonis nostris, dicitur in l.bonorum, de verb.sign.Rerū ideo

ideò dico, sicut i. dicit l.i.C.de decur.li.10.rei au-  
tem appellatione, &c. vt l.i.ff. si cert. petat. & l.i.  
§. fin. C.de constit. pecun. & l.i. si ita fideiussorem,  
de fideiuss. & l.i. rei appellatione, de ver. sig. imò  
etiam si habeo actionē ad rem ipsam prosequen-  
dam, ipsam rem esse in bonis censemus. l.i. rem in  
bonis, de acquir. rer. domi. & l.i. qui actionem, de  
reg. iur. Quare autem dicatur, principalis debi-  
toris, patet in omnibus legib. quæ de excusione  
loquuntur. Ad vngulam, ideò dicit, quia tū iudi-  
cem qui excusione facit, oportet cuncta ri-  
mari, vt patet in l.i. si cui libertas, de condi. & de-  
monst. & l.i. C.de sent. ex peri. recit. & l.i. qui sen-  
tentiam. & l.i. qui iudicium, de pœn. Quare dica-  
tur vsq; ad saccum & peram, patet ex l.i. fi. §. si per  
iudicem ff. quæ in fraud. crēd. per iudicem facta  
discussio, ideò dico, quia lex tū dicit excusione 3  
solenniter fieri, vt quo quisque ordi. conuenia.  
lib. ii. & ea dicuntur solennia, seu solenniter fie-  
ri, quæ per iudicem fiunt, vt l.i. diuus, de in integ.  
restit. & l.i. & si nihil, de re iud. & l.i. in prin. C.de  
sum. Trin. & fid. Catho. Inquistio quare dicatur,  
patet C.de iudi. l.i. iudices. Detectio ideò dicitur,  
quia iudex per excusione ea bona quæ detegit,  
in publicum ponit, non autem de nouo inuenire  
dicitur, arg. l.i. adeò. §. cùm quis. & §. fin. de acqui.  
rerum domin. & l.i. C.de nego. gest. Fieri enim tū  
debet, & locum habet discussio in certis casib.  
qui infrascriptis legibus continentur, vt l.i. in  
fin. C.de conuen. fisc. debito. & l.i. C.de decurio.  
lib. 10. & Authen. hoc si debitor. §. l.i. C.de pigno.  
& Authen. præsent. C.de fideiuss. & Authen. nou-  
uo iure. C.de actio. & oblig. & l.i. penul. C. quan.  
fisc. vel priua. & l.i. C.de reuocan. quæ in fraud.  
cred. & l.i. aduersus. C.de magist. conuen. & l.i. §.  
non

non pütetur, de administrat. tuto. & l. Lucius. ff.  
cum testam. eod. titul. & l. i. §. sunt, de magistrat.  
conueni. & l. decem, in fin. de verb. obligat. & l.  
Moschis, de iur. fisc. † Fieri autem debet, quan-  
do reus principalis dubitatur, an sit idoneus sol-  
uendo, vel non. Si autem certum esset & notori-  
um, ipsum non esse idoneum, & non esse soluen-  
do, tunc nou est locus excussioni. l. decem, in fi-  
de verbor. obligat. & l. fin. in princ. ff. si cer. peta.

- 6 & l. emptore. §. i. de actio. emp. Dubitatur, † vbi  
fiat, an in eo loco tantum, vbi agitur, an etiam a-  
libi. Si alibi dicatur habere, & videtur, quod no-  
ta, vt l. sed & hær. §. non solùm, de procur. & l. si  
cùm dies. §. arbit. & l. Mæuia. §. fin. de annu. lega.  
& l. quia nisi, de oper. liber. Item cùm sit conde-  
mnatus, & pro condemnato habitus principalis  
ex confessione sua, vel contumacia, argum. l. lo-  
corum, de omni ag. deser. lib. ii. fiet executio per  
arbitrium iudicis, per eum, in cuius loco res esse  
dicantur, argum. ff. de bon. author. iudic. possid.  
l. cùm vnum. §. penult. & l. properandum. §. fin au-  
tem reus. C. de iud. & hoc verum videtur, quia †  
vbicunque habet bona, soluendo dicitur. facit  
pro hoc l. si fideiuss. §. si necessariæ. ff. qui satisda.  
cog. & not. in l. is autem. §. fin autem. ex qui. cauf.  
8 in possess. eat. Quomodo † & qualiter fiant, hic  
pendent leges & prophetæ. & sicut nostra inter-  
est, † plura auxilia habere, et si nobis vtilia non  
sint, vt l. i. in princ. de edend. & l. ex fundo, in fin.  
deserui. & pro hoc l. 3. in fin. de libert. legat. & l.  
fin. benè, de vsur. ita sunt plures viæ & modi fa-  
ciendi excussionē. & primò videtur, quòd prin-  
cipalis primò conueniatur, & sententialiter cō-  
demnetur & probatur in Authent. de fideiuss. §.  
sed neque. ibi non transeat viam super pluribus  
actioni-

actionibus. & Authēt. si debtor. C. de pign. quia conueniri & agi intendo cum effectu, vt cōuenitus condemnetur, vt l. z. secundo respond. de adul. & l. ob hoc. §. destitisse, ad Turpil. & l. qui cū maior. 4. accusasse, de bon. libert. & l. in seruitutem. §. petijisse, eod. tit. & l. amplius. rem rat. hab. nam verba cum effectu & c. l. i. §. hæc verba. quod quisque iur. & post condemnationem fiet excusatio in bonis debitoris, si reperientur. argum. l. z. 10

C. quan. fisc. vel priua. Si t̄ autem non reperiuntur de bonis excussis, locus est hypothecariæ, vel secundæ conuentioni, argu. l. i. ff. de magistr. conuen. Si verò debitum non inficiatur, sed se non esse soluendo alleget, vel non compareat ci tatus, tunc fiet inquisitio de bonis, etiam nō conuicto nec condemnato principali, vt l. i. C. de re uoc. quæ. fi. in fraud. credit. & l. aduersus, de magistr. conuent. & l. Moschis, de iure fisci. Sed tan

procedat iudicium, si agitur contra tertium pos sessorum ante factam excussionem, si non opponatur, vide Barto. in l. si probatum. communi di uidundo. C. & l. si mancipium. §. i. de euictio. Et facta inquisitione, fit pronunciatio super bonis excussis, argumen. l. tutores. de confirmat. tutor. & l. nontantum. §. senatus, de fideicommissi li ber. † Secundo modo potest fieri, quod index fa ciat comparere principalem debitorem, & com pellat eum per sacramentum, & multam indi cendo, indicare bona sua, argum. l. fancimus. §. licentiam. C. de iur. delibe. & l. z. §. in exigendis, quan. & quib. quar. par. libr. 10. & argum. not. in l. i. ff. de cess. bon. † Et idem faciet de vxore, & alijs domesticis, quia talia scire possunt, argum. l. consensu. §. seruus. C. de repud. & si nil inueniatur, concitet propinquos & vicinos, qui testifi

12

13  
alijs domesticis, quia talia scire possunt, argum. l. consensu. §. seruus. C. de repud. & si nil inueniatur, concitet propinquos & vicinos, qui testifi

centur hoc, & si dixerint se nescire de bohiis, eumque non esse soluendo, saltem fama & opinio circumstantium sufficiet, argum. I. cum de lantonis §. asinam, de fun. instru. instrumentoque leg. & I. i. §. i. de flumin. Sed ad hoc erit citandus possessor rei obligatæ. I. nam ita diuus, de adopt. I. in concedendo, de aqu. plu. arcen. & I. z. in fin. si aduers. pu. pens. & I. magis. §. ne passim. & §. ne prius, de reb. eor. & si quidem nouerit, & neget debitorem esse inopem procedetur ad testes per actorem contra reum, probando debitorem soluendo non esse, vt C. de hær. act. I. adultam. † & ipse possessor poterit producere suos testes, dicendo eum esse soluedo, vt I. ex persona, de proba. & I. fin. §. si cer. pet. quia incidenter causa sua est, vel interesse poterit. I. principaliter, de libe. cau. & Auth. nunc si hæres, de litig. & argum. C. de test. I. si quando. & I. laudabilem, de aduo. aduer. iud. imò minus valebit, quia lis contest. non fuit, cum hoc ad præparationem alterius iudicij poterit aliter expediri, argum. I. libertis, in fi. de liber. cau. & I. quoniam, de adult. † Tertio modo potest fieri, & hæc cōmuniter obseruatur, vt iudex mittat præconem, siue executorem ad inquirendum & ei referenti credatur, & bona excusa pronunciet, & est arg. ad hoc in I. præsenti. §. sic vbi, de his qui ad eccl. confug. & I. fin. de iudic. & I. magis. §. ne tantū, de reb. eor. & I. ea quidem. C. de accus. & I. i. C. de decur. lib. ii. sed consilium est, vt duo executores mittantur, quia in ore duorum, &c. vt in Auth. de testib. in I. & §. ex prouinciali, de defen. ciui. & I. fi. C. de bo. vac. & I. i. §. & si quidem ff. de vent. inspi. † Sed an sufficiat relatio nūcij referētis nihil esse, iudice eius vigore nil esse pronunciante, ita quod possit ad fide-

14

uendo non esse, vt C. de hær. act. I. adultam. † & ipse possessor poterit producere suos testes, dicendo eum esse soluedo, vt I. ex persona, de proba. & I. fin. §. si cer. pet. quia incidenter causa sua est, vel interesse poterit. I. principaliter, de libe. cau. & Auth. nunc si hæres, de litig. & argum. C. de test. I. si quando. & I. laudabilem, de aduo. aduer. iud. imò minus valebit, quia lis contest. non fuit, cum hoc ad præparationem alterius iudicij poterit aliter expediri, argum. I. libertis, in fi. de liber. cau. & I. quoniam, de adult. † Tertio modo potest fieri, & hæc cōmuniter obseruatur, vt iudex mittat præconem, siue executorem ad inquirendum & ei referenti credatur, & bona excusa pronunciet, & est arg. ad hoc in I. præsenti. §. sic vbi, de his qui ad eccl. confug. & I. fin. de iudic. & I. magis. §. ne tantū, de reb. eor. & I. ea quidem. C. de accus. & I. i. C. de decur. lib. ii. sed consilium est, vt duo executores mittantur, quia in ore duorum, &c. vt in Auth. de testib. in I. & §. ex prouinciali, de defen. ciui. & I. fi. C. de bo. vac. & I. i. §. & si quidem ff. de vent. inspi. † Sed an sufficiat relatio nūcij referētis nihil esse, iudice eius

15

vigore nil esse pronunciante, ita quod possit ad fide-

16

fideiſſ. deueniri. vide Bar. in l. stipulatio. §. & ha-  
bet iſta stipulatio, in ſi. de verb. obl. † Quid ſi bo-  
na inueniantur, quæ tamen ſint in controuerſia,  
an erit locus hypoth. veletiam conuentioni? vi-  
detur quòd ſic. l. à D. Pio. §. ſi ſuper, de re iudi. &  
l. 3. C. quan. fisc. vel priua. Et cōtrà videtur, quòd  
nō, niſi primò cognoscatur utrum ſit debitoris vel  
alterius, & hoc ſummarie. d. l. 3. Si aut̄ poſſideret  
debitor, & tunc capiet bona, nec ſit locus hypoth.  
quādiu ab eo euincatur, an poſſideat aduer-  
ſarius vel non, vt l. à D. Pio. Sin autem facta ſolu-  
tione, inueniatur pro parte ſoluēdo, & pro par-  
te nō, tunc tantū erit locus hypoth. in reliquū  
debiti, argu. d. l. Moschis. & prædictæ Auth. præ-  
ſente. & l. fi. ſi cert. pet. arg. contrà in l. ſoluendo,  
de verb. ſig. † Quæritur, an de hac excuſſione ſit 18  
fides facienda ante litis confeſtationem in hypo-  
thec. ſi de hoc exigatur? & videtur quòd ſic, quia  
declaratoria eſt iudicij, de qua ante litem cōte-  
ſtatam cognoscendum eſt, vt l. pen. C. de except.  
& d. l. fin. §. fi. & vide quod not. in l. excep. de ex-  
cep. & l. 3. circa fin. & l. fi. fideiſſ. in gloss. fi. de fi-  
deiſſo. † Sed pone, quòd diuersi ſunt emptores  
rerum obligatarum, an ille, qui conuenitur, po-  
terit obijcere de alijs conuenientis pro virili  
portione, videtur quòd ſic, d. l. Moschis. Sed con-  
tra eſt l. fi. C. ſi vnuſ ex plurib. & l. creditores, de  
distr. pig. & quia cauſa pig. eſt indiuiduala, vt l. 19  
rem hereditariā, de euict. & l. qui pigno. de pig.  
Itē pone, quòd mulier renunciauit iuri hypoth.  
in cōtractu alienatiōis factæ à marito, an agatur  
aduersus alios poſſeflores rerū mariti? deduci-  
tur, quòd ab alijs deducere potuiffet. arguo; φ  
ſic. l. quæſitum, de pec. §. ſi annua. & l. quamuis. ad  
Velle. † An aut̄ facta excuſſōe & pronūciatione, 20  
11

possit excipi de debitore locuplete conuenientia-  
do, videtur quod non, quia iam iudicatum est, &  
iudicatum pro veritate accipitur. l. ingenuum,  
de statu homi. & obstat exceptio, si praesens fuit,  
aliás non, quia res inter alios acta, & cæt. l. sæpè.  
in princip. de re iudic. nisi forte per gratiam, vel  
collusionem iudicatum fuit, ut l. venales. C. quan-

**22** do prouoca, non est necess. t. item quid dice-  
tur, si post pronunciationem excussionis auctæ  
sunt facultates videtur, quod tamen procedatur  
in hypothec, l. i. §. final. qui satisda. cog. l. 2. in fin.

**23** de appellationib. t. item, quid si debitor prin-  
cipalis est absens, ita quod conueniri nō potest,  
an poterit conueniri possessor? dico sic, ut §. i. in  
Authent. de fideiuss. & not. in Authen. hoc si de-  
bitor. C. de pignor. & debet fieri copia excusso-  
nis antequam agatur hypothe. ut not. in l. in ma-  
gnis, de pignorib. in fin.

Quæstiones istæ quæ sequuntur, sunt ad-  
ditiones ad dictum tractatum,  
de quo suprà.

**24** Item, an t. debitor obligatus pro principali,  
possit opponere, quod nō sit facta excusso prin-  
cipalis, vide Bartol. in l. omne. C. quæ res pign. &  
**250** vide Bald. in l. 2. C. quand. fisc. vel priuat. t. item,  
si est actum contra viuum ex correis, an possit a-  
gi contra tertium possessorem, non excusso alio  
correo, vide Bartol. in l. quomodo libet. C. quo  
quisque ordi. conuen. lib. ii. & in l. mulier. ff. qui  
pot. in pigno. habe. & Iac. de Belui. in Authen. de  
fideiuss. §. sed neque. & vide etiam Angel. in Au-  
thent. hoc si debitor. C. de pign. qui tenet, quod  
non

DE EXCUSSIONIBVS. 309  
non possit cōtra possessores procedi, nisi excus-  
sis omnibus reis. † An autem paria sint, excus- 26  
sum esse, & excuti non posse, vide Bald.in l. si fi-  
deiussi, qui satisda. cog. † Item fideiussi in cri- 27  
minali, non habet beneficium excussionis. Bald.  
in d.l. si fideiussi §.i. † Item, non est necessaria 28  
excusso rerum & personarum, quæ sunt in alieno 29  
territorio, Bald.in l. sciendum. ff. qui satisda.  
cog. † Item, excusso an possit suppleri post li-  
tem contestatam. Bald.in Authentic.rogati, ad 30  
Trebellia. & ibi vide eum. † Item, in excusso  
debet moneri pars, ut sit cum nuncio. Bald.in  
l. C. de vſu.legat. Item excussionis beneficium  
non competit argentario, qui fideiussit. §.argen-  
tarium, in Authent.de fideiussi, & Bald.in l.fina.  
C.ad leg.Falcid. † Item, quando tertius posses- 31  
for habet causam à debitore, an sit facienda ex-  
cusso, vide in Speculat. de obligat.& solut. §.i.  
versic.fina. Item, exceptio discussionis est merè  
non dilatoria, sed anomala, ut dicit Bart.in con-  
sil.tertius. † Item, licet procedat iudicium, si 32  
non opponatur de excusione, tamen acto non  
obtinebit in hypothecaria contraterium, si nō  
probet excussionem factam vel debitorem in-  
copem, ut dicit Bal.in l.2.C.commu.diuid. † Item, 33  
sicut ad recuperandum pignus conuentionale  
est necessaria excusso, ita ad reparandum pig-  
nus, ratorium, secundūm Ange.in l. si quis mis-  
sum: fin, de dam.infect. † An qui promisit in- 34  
demnātem, possit conueniri principali nō ex-  
cusso, vde Bart.in l.r.C.de conuen.fisc.debi.lib.  
10. † Qui si actum est hypothecaria, & lis con- 35  
testata, nō facta excusione, an lite pendente  
possit fieri videtur quod sic, argument.l.s. §.si  
rem. ff.de ignorati.actio. † Sed an valeat sen- 36

310. TRACT. BENED. DE PLVMB.  
tentia sine excussione principalis facta, arguo  
quod non, in l.i.C. de appell. Item an tantum in  
tacita, vel etiam in expressa locum habeat ex-  
cussio, nota, in Authent. de fideiutto. §. sed  
neque, & melius in dicta l.  
Moschis.

**F I N I S T r a c t a t u s I a c o b i d e A r e n a d e**  
*E x c u s i o n e b o n o r u m .*

**P E R V T I L I S T R A-**  
**C T A T V S D E D I S C V S-**  
**S I O N I B V S,**

Per Dn. Benedictum de Plumbino,  
alias de Barcis.

**S V M M A R I A.**

- 1 Discus*sio quid sit, & quibus casib*s facienda.**
  - 2 Contra debitorem & fideiutto rem iudicatem solu*s*  
eodem tempore potest fieri executio.
  - 3 Fideiutto obligatus per instrumentum guarenti-  
gia*e, non habet exceptionem dilcussionis.*
  - 4 Cas*s in quibus necessaria non est discuss*sio.**
  - 5 Discuss*sio necessaria est, quando agitur hypot*cas*ria contra tertium, & quando agitur contra debi-  
torem debtor*s.****
- Et in pluribus alijs casib*s, vt ibi.**
- 2 Discuss*sio de quibus rebus facienda.*  
Limita, vt ibi.

*Discuf-*

- 7 Discussio an sit facienda de bonis in alieno territorio consistentibus.
- 8 Tertius possidens, quando fit discussio contra principalem debitorem, an sit citandus.
- 9 Libellus an detur in iudicio discussorio.
- 10 Creditor agens contra tertium, non facta discussione, quid probare habeat.
- 11 Interlocutoria iudicis de executione legitimè facta, an sit necessaria, an verò sufficiat, quod istud ex actis constet.
- 12 Discussio quomodo & quo ordine sit facienda in reali.
- 13 Discussio quomodo probetur legitimè facta.
- 14 Et an vitietur, si dicatur quod fuit erratum.
- 15 Discussio contra quas personas sit facienda, antequam possit conueniri tertius possessor, aut fideiussor hypothecaria.
- 16 Discussio an requiratur principalis debitoris, quando non agitur hypothecaria, sed condicitur, vel vendicatur res à tertio possessore.
- 17 Duo iudicia an sint necessaria, unum scilicet contra debitorem in discutiendo bona, & alterum contra fideiussorem, vel tertium possidentem pro consecutione rei possessæ, vel debiti promissi.
- 18 Discussionis exceptio an sit opponenda ante litis contesta. vel post possit opponi.
- 19 Sententia lata contra possidentem in hypothecaria, an possit excipi de non facta discussione.
- 20 Possessore allegante postquam petitur executio contr. eum, quod bona superuenerunt principali

- debitori, an sit audiendus ipse.*
- 21** *Iudex an possit ex officio resistere quod fiat discussio, quando quis non exceptit de eius beneficio.*
- 22** *Reuocatoria quando agitur, quia creditor dicit bona alienata in fraudem creditorum, an possidens possit excipere, quod fiat excusio debitoris.*
- 23** *Quid si debtor constitutat se creditoris precario nomine possidere bona sua, deinde alienet, an possessor commentus a creditore, habeat beneficium exceptionis.*
- 24** *Precario rogans naturaliter possidet.*
- 25** *Discussio an sit facienda, quando proceditur in causa de veritate & aequitate.*

I  RIMÒ videndum est, † quid sit discussio, & dic secundum Iaco. de Arretin. quod est bonorum debitoris usque ad peram facta diligens inquisitio atq; detentio. Secundò videndum est, in quibus casibus sit facienda discussio. & dic, quod hæc materia frequentatur quando agitur contra tertium possidentem, ut in Authent. hoc si debtor. C. de pignor. vel quando agitur contra fideiuss. ut in Authent. præsente. C. de fideiua. contra quem non est aperta via, nisi primò sit facta discussio contra principalem debitorem, ut dicit Baldus in l. secunda. C. commun. diuidun. Quod fallit primò in fideiuss. iudicatum solui, quia condemnato debitore, vtiique & ipse videtur condemnatus: † & idem contra vtrunque eodem tempore executio fieri potest, ut dicit Baldus in l. cùm eorum. Cde sentent. & idem dixit esse in quolibet fideiuss. obligatio

gato per instrumentum guarentigia, attento  
 quod videtur etiam condemnatus vna cum prin-  
 cipali virtute guarentigia, secundum Cynum &  
 Bald. in l. certum. C. fam. ercif. & ideo Bal. in l. z.  
 ff. qui satis cog. dixit not. † quod fideiuss. obliga-  
 tus per instrumentum guarentigia, non habet ex-  
 ceptionem discussionis, secundum d. Auth. præ-  
 sente. licet Guili. in tract. de discus. dicat contra-  
 rium. † Secundò fallit, quando notoriè constat,  
 principalem debitorem non esse soluendo, vt di-  
 cit gl. in l. decem. de verb. obl. Tertiò fallit, quā-  
 do ipse fideiuss. est etiam principaliter obliga-  
 tus, vt dixit gl. in l. mulier. in quib. cau. pign. vel  
 hyp. sol. Contrarium no. gl. magna in fin. in §. i. in  
 Auth. de fideius. Quartò fallit, quando esset renū-  
 ciatum beneficio de fideiuss. vt d. Authē. præsen-  
 te. Quintò fallit in caprone, vt dicit Bal. in l. fru-  
 str. C. de non nu. pec. per glo. in §. argenta. Auth.  
 de fideiuss. Sextò fallit, quando principalis non  
 est in loco, nec est de breui reuersurus, & sua sub-  
 stantia ignoratur, vt dicit Angel. in §. sed neque.  
 in Auth. de hær. & Falcid. † Item necessaria est di-  
 scussio, quando agitur hypothecaria contra ter-  
 tium possidentem. Auth. hoc si debitor. C. de pig.  
 Item & tertio, quando agitur contra debitorem  
 debitoris. nam repellit agentem, nisi primò di-  
 scutiat primum debitorem. vt l. z. quand. fisc. vel  
 priua. quod est verum, nisi sit constitutus procu-  
 rator in rem suam vt dicit ibi Bal. Item & quar-  
 to est necessaria, quando duobus est facta com-  
 missio, sed vni specialiter, & alteri generaliter,  
 vt l. quoniam. C. de conuen. fisci debitor. libr. io.  
 quam legem ad hoc Bald. allega. in d. l. z. Item &  
 quintò est necessaria, quando debitor fisci soluit  
 collectori, & non seruauit solemnitatem, de qua

314 TRACT. BENED. DE BLVM,  
in l.2.C.de conuen.fisci debito.libr. 20. nam hoc  
casu si conueniatur à fisco , habet exceptionem,  
vt primo discutiatur collector qui recepit.vt est  
tex.in d.l.2.de conueni.fisci debito.Sextus casus  
est in l.1.C.de decur.libr.10, Septimus est in l.de-  
cem.de verb.obl.Octauus est in l.istā.Nonus est,  
quando est promissa indemnitas, vt dictū est per  
l.non iustum.C.de conue.fisci debitor.lib.10.De-  
cimus est in l.3.§.non oportet, de magist.conuē.  
Undecimus est in l.Moschis inf.de iure fis.Duo-  
decimus est in l.vnde quæritur.cōmod.per quā  
legem dicitur,quòd quando plures sunt princi-  
paliter obligati, sed vnu ex eis recepit pecuniā,  
quòd ille qui recepit,est primo excutiendus, de  
quo vide per Barto. in l.duobus.de duob.reis.&  
vide tex.in l.cū plures.§.vestimenta.locati,† Ter-  
tiō,de quib.reb, sit facienda discussio,dic, quòd  
fieri debet de omnibus iebus pertinentibus ad  
debitorem,vt dicit Iac.de Are.in suo tract.& An-  
ge.in d.l.sed neq;.vbi limitat hoc verum,nisi es-  
sent bona litigiosa, q non sunt cōsideranda quo-  
ad hunc effectū.Sed Iac.aliter dicit in d.tract. &  
forte verius, quia licet sint litigiosa, recipiū tamē  
æstimationem, secundū quod æstimari potest  
dubius euentus litis,vt dicit gl.in simili.in l.per-  
diuersas. C.mand.† Sed an sit facienda discussio  
etiam de bonis in alieno territorio existentibus,  
Ang.in d.§.sed neq;dicit quod sic.per l.quod ni-  
si.de ope.liberto.& arg.l.Mæuia.de manumis.te-  
stam.Sed contra hoc facit l.sed & hæ.§, non tan-  
tum,de procuratoribus.& l.non solum.§, si arbi-  
ter.de arbi.& ideo forte potest sic dici, quod aut  
fuit allegatum quod bona possidebat in alio ter-  
ritorio,& tunc facienda est discussio, alias vero  
nō,& hoc intellige, si loçus ille non sit multum

remo-

remotus, ut si conuentus dicere, quod principaliis debitor habet bona in Alemania, nam tunc non debet attendi, ut in simili dixit Ang. in l. si filius. qui satifd. cog. quando qui vult euitare satisfactionem, allegando quod possidet immobilia, quia non relevatur, si sint in loco multum remoto. ¶ Quartò principaliter videndum est, an sit opus citare tertium possidentem, quando discussio fit contra principalem debitorem, & dicit Iac. de Are. quod sic, per l. de unoquoq;. de re iud. & idem dicit Bald. in l. 2. quan. fisc. vbi dixit, quod discussio facienda est citatis his quorū interest, & qui lèdi possunt, per l. in executione. §. in solidum. de verb. obl. ¶ Quintò principaliter, an detur libellus in iudicio discussorio, & Bald. in d. l. 2. tenet quod non, quia est de præceptorij. secūdi iudicij ordinarij, quod moueri speratur contra tertium possidentem: nam cum sit pars secundi iudicij, sufficit libellus, qui dabitur in secundo iudicio. & ita in simili dixit Bart. in repe. l. de ætate. de minor. Sextò principaliter, quod habeat probare creditor, quando non facta discussione vult agere contra tertium possidētem, vel contra fideiussorem. dic. quod primo debet probare summarie se creditorem, & postea quādo agit contra illum tertium, vel contra fideiussorem, tenetur debitum plene probare, ut dicit Bald. in l. 2. C. quan. fisc. Item tenetur probare, quod debitor non fuerit soluendo ut habetur in hac l. & in l. decem. de verbor. obligatio. & quomodo hoc probetur, vide Bartol. in l. si constante. solut. matrimon. & Bald. in Authent. sed hodie. C. de action. & obligat. & in l. 1. C. de reuoc. his quæ final. in fraud. credi. Septimò principaliter, quod sit opus quod iudex interloquatur discussio.

316 TRACT. BENED. DE BLVM,  
discussionem fuisse legitimè factam , vel suffici-  
at, quod istud constet ex actis. Barto. in l. stipula-  
tio ista. §. habet autem. de nou. ope. nunc. & in l.  
exitus. de acquir. poss. dicit quod requiritur sen-  
tentia sed in d. Auth. sed hodie. tenet contrariū.  
& vide quod ipse no. in l. in criminali. C. de iur.  
omn. iud. & in l. omnium. C. de testa. & in l. san-  
cimus. C. ad Treb. vbi adducit Theoricam Iaco.  
de Butr. & vide etiam quod not. Bart. in l. infer-  
ti. C. de interdict. & in l. si finit. §. Iulian. in quar-  
ta quest. ff. de damn. infect. & vide l. tutores à pa-  
truo. de confirma. tut. & in l. à diuō Pio. §. in ven-  
ditione, de re iudi. † O&lt; auò principaliter, quo-  
modo & quo ordine facienda sit discussio in rea  
li, vide Bald. in Auth. sed hodie. C. de act. & obli.  
& quando sit facienda discussio de personis, vi-  
de Bart. in l. duobus. de duob. reis. † Nonò prin-  
cipaliter, quomodo probetur legitimè fuisse fa-  
ctā. dic , quòd constat primo per sententiam, in  
qua iudex declarauit fuisse legitimè factam, per  
§. in venditione. Secundò, quando fuerunt con-  
quisiti vicini, vt docerent bona, & fuerunt mis-  
si exploratores , & facta fuit relatio per nunci-  
os, vt plene habetur per Bald. in l. i. & 2. de reuo,  
his quæ fiunt in fraud. creditorum . & est caute-  
lia, vt fiat proclama , vt ibi dicit Bald. & idem est  
si ex actis potest apparere, quòd principalis non  
sit soluendo , vt dictum est. † Decimò principa-  
liter , an vitietur, si dicatur , quod fuit erratum.  
Bartol. in d. §. in venditione, dicit, quod propter  
hoc processus non vitiatur per l. i. C. si vendi. pi-  
gno. ag. † Undecimò principaliter est videndum,  
contra quas personas sit facienda discussio , an-  
tequam possit conueniri hypothecaria tertius  
possessor , aut fideiussor. & in hoc conculdas,  
quod

quod opus est facere discussionem contra pri-  
mum debitorem, nedium in personali, sed etiam  
in hypothecaria, si obligauit bona sua, ut dicit  
Bart. in l. edita, C. de edend. & Ang. in d. §. sed ne-  
que. & quod plus est, gl. in l. mulier, qui potio, in  
pignor. habeantur. dicit quod opus est discutere  
primo debitorem, fideiussorem, mandatorem,  
quam veniatur contra tertium possidentem. Nā  
patrimonium fideiussor. impinguat patrimoni-  
um debitoris, ut l. si plures. §. præterea. de fide-  
iussoribus. Sicut de patrimonio tutoris dicit gl.  
in l. si mulier. C. de iur. dotium. Item est opus,  
quod si duo socij sunt obligati in solidum, quod  
primo facta sit discussio de vtroque, quam eatur  
contra fideiussorem, vel tertium possidentem,  
ut dicit Bart. in l. i. C. quo quisque ordin. conue-  
ni. lib. ii. & Bald. in d. Auth. sed hodie. Et vide gl.  
in d. l. mulier. quæ vult, quod non possit agi con-  
tra tertium possidentem, nisi primo sit facta ex-  
cussio de debitore in reali & personali. quod est  
verum, nisi ille sit unus ex obligatis principaliter,  
sicut erat in d. l. mulier. quod not. Insuper si  
debitor alienasset bona in fraudem creditorum,  
antequam eatur contra fideiuss. opus est quod sic  
actum reuocatoria contra illos, qui participata  
fraude emerunt bona, per tex. cum gl. fi. in fin. in  
l. bona. §. i. de iure fi. & videtur esse de mente Bar-  
to. in l. à D. Pio. §. fi. super. de re iud. & vide quod  
not. Bald. in l. in executorem. de excep. rei iudi.  
C. & Ang. in l. si quis missum. §. fini. de dam. infect.  
Duodecimò principaliter, † an requiratur di-  
scussio principalis debitoris, quando non agitur  
hypoth. sed condicitur vel vendicatur res à ter-  
tio possidente. dic, quod tunc non est opus face-  
re discussionem, ut habetur in Auth. si debitor.

C. de

C.de pigno.& per Bald.in rub. de reuoc.his quæ in fraud.fi.cred.& an idem sit,quando bona sunt expressè designata & obligata. Bald.in l.hære-dem.C.de hær.act.dicit,quòd tali casu est neces-

- 17** faria discussio.Tertiodecimò principaliter,† an duo sint iudicia necessaria,vnum scilicet contra fideiussorem , vel tertium possidentem pro consecutione rei possessæ , aut debiti promissi. & in hoc dic vna cum Bald.in l.licet.ff.si quis om.caustest.& Bart.in l.edita.C.de eden.quod requiruntur duo iudicia,primū est summarium super discussione,& est præparatorium ad secundum,& etiam potest in eo iudicio cumulari vtrumq;, ita quod de duobus iudicijs fiet vnū,agendo primò contra fideiussorem,& si excipiatur de discussione non facta,poterit replicari quod non erat necessaria,quia principalis nō est soluendo ,& petere terminum ad probandum : & hoc legitimè probato,conseruabitur , processus primò factus, sicuti si fuisset facta discussio primò,& hoc est qpvult gl.in l.vbi hoc actum.ff. de pact.quam Ang.

- 18** ibi singulariter no.† Quartodecimò,an exceptio discussionis sit opponenda ante litem contestatam,vel possit opponi ad merita cause,& sic post litem conte. & in hoc dic vna cum Bart. in l.& si instrum.C.de fid.instru.& iu.hast.fisc.li.10.quod ista exceptio opponi potest ante & post lité contestatam,& sic habet naturam litis finitæ,de quo vide in l.ait prætor. §.ff.de iureiur.Similiter dicas,quòd si actor non fecit discussionem in principio iudicij,& sic ante litem contestatam,quòd per hoc non vitiatur processus cum possit suppleri post litem contestatā,vt dixit Bal.in Auth.
- 19** contra rogatus.in fi.C.ad Treb.† Quintodecimò principaliter , an post latam sententiam in hypoth-

pothecaria contra possidentem, possit excipi de  
 non facta discussione: & dic quod non, vt suprà  
 dictum est, quando non est opposita exceptio pē  
 dente processu, omissio discussionis vitiat pro-  
 cessum: ergo post sententiam nō potest opponi,  
 quia tandem excipitur, cū sententia sit valida, vt  
 supra dictum est. ¶ Sextodecimò principaliter,  
 quid si possessor, contra quem petitur executio,  
 dicat, quod bona superuenerunt debitori prin-  
 cipali post sententiā latam cōtra ipsum, an sit au-  
 diendus? Iac. de Are. in suo tract. tenet, quod nō.  
 ¶ Decimo septimo principaliter, an iudex quan-  
 do quis non excipit de beneficio discussionis,  
 possit ex officio ipse supplere & resistere quod  
 fiat discussio. & in hoc est dicendum, quod si ex  
 actis factis coram iudice constat, discussionē fie-  
 ri debere, quod tunc iudex potest supplere per  
 not. in l. lecta. si cert. pet. & per Bar. in l. eum qui  
 ita. de verb. obl. alias autem non possit. quod no.  
 ¶ Decimo octauo, an quando agitur reuocatoria,  
 quia creditor dicit bona fuisse alienata in frau-  
 dem creditorum, possit tunc possessor excipere,  
 quod fiat discussio debitoris. vide quod not. Bar.  
 in rubr. & in l. i. C. de reuo. his quæ si. in fraud.  
 cre. & in l. i. C. si de vēd. pig. ¶ Decimononò prin-  
 cipaliter, quid si debitor constituit se precario  
 nomine creditoris possidere bona sua, deinde a-  
 lienat, an tunc possessor cōuentus à creditore, ha-  
 beat beneficium excussionis? & hoc est utile, eo  
 quod mariti persæpe in instrumēto receptæ do-  
 tis promittunt in casu solut. matrimonij restitu-  
 ere dotē, & constituunt se ptecario nomine vxō  
 ris omnia bona possidere, deinde alienat bona,  
 postea agit contra possidentē matrimonio disso-  
 luto, nō facta discussione contra hæredes mariti,

- & dubium est an possit. & Bald. in l. i. C. de reuo.  
his quæ fin. in fraud. cred. vult, quod non requi-  
ratur discussio. & idem tenet Ang. in l. exitus. de  
acquir. poss. per l. fin. C. de acquir. poss. quæ vult,  
quod ille qui nostro nomine possit nobis adfer-  
re præiudicium, & ideo vult quod Dominus vel  
creditor possit sine aliqua obstantia recuperare  
tenutam. Sed tu dic, quod hoc non probat, quia  
loquitur in mero detentore, qui nostro nomine  
detinebat, deinde alienavit, & sic loquitur in in-  
quilino, vel in alio detentore, & in isto loquitur  
24 in possessore saltem naturaliter. nam qui pre-  
cario rogat, naturaliter possidet, ut l. quod meo.  
& l. inter dum. de acquir. poss. & ideo dic, quod  
si esset constitutum sine precario, procedet dict.  
Bald. & Angel. quia essemus in mero detentore.  
Sed non potest procedere in marito qui consti-  
tuit se precario possidere. & ita alias disputan-  
do firmaui. & ex hoc inferas quod tertius posses-  
sor, qui habet causam à detentore, non habet be-  
neficium excussionis contra illum pro quo de-  
tentor retinebat. Vigesimò & ultimò, tamen quan-  
do proceditur in causa de veritate & æquitate,  
sit opus facere discussionem, & in hoc dicendum  
15 est, quon non est necessaria, quia est ista solenni-  
tas de apicibus iuris, & non est de æquita-  
te, & ita dicit Bald. in l. si manci-  
pium. §. fin. per gl. ibi  
positam.

F I N I S.



Ob. 6. ii. 3352

